

6-hojas - XVIII-579-4-9-



R. 137387

K.000153355

RA. 094



R E G I Æ  
BIBLIOTHECÆ  
MATRITENSIS  
CODICES GRÆCI MSS.

*VOLUMEN PRIUS.*

ДІДАКТИЧНА  
БІбліотека  
МАТРІТЕНІС  
КОДИКІв ГРЕЦІї  
NOLUMENIUS

R E G I Æ  
B I B L I O T H E C Æ  
M A T R I T E N S I S  
C O D I C E S G R Ä C I M S S.

*JOANNES IRIARTE,*

Eiusdem Custos, Manuscriptorum Museo olim  
præpositus, idemque Regis Interpres intimus,  
excussit, recensuit, Notis, Indicibus, Anec-  
dotis pluribus evulgatis illustravit.

O P U S

Regiis auspiciis et sumptibus in lucem  
editum.

*VOLUMEN PRIUS.*

M A T R I T I,

E Typographia ANTONII PEREZ DE SOTO.  
Anno MDCCCLXIX.

REGIE  
BIBLIOTHECA  
MARTIENSIS  
CODGES GERMANICIS  
VOLUMEN I

Editorum Cusco, Musaeo Museo Ollas  
Bibliotheque, iudicium Regis Interpres Iesu  
Cochise, Leccum, Note, Tadiquias, Are  
Totius biblioparvus evulgatis illustrative


O P U S

Regis simplicis et simplicis in medicina  
editione

VOLUMEN PRIMUS

MARTIUS

Antoni Parres de Soto  
anno MDCCLXIX



# CAROLO III.

BIBLIOTHECA REGIA.

**S**I BIBLIOTHECÆ ARABICO-HISPANÆ  
ESCURIALENSIS Catalogum , quem  
MATRITENSIS Ego ex Codicibus non  
meis conficiendum curavi , eximius Regis fa-  
vor,

## DEDICATIO.

vor, præclara dignatio complexa est; quām singulari gratiā, quām mirifico patrocinio ipsa mihi spondeam, *Græcorum* meorum Indicem à te, CAROLE OPTIME MAXIME, ornatum iri! præsertim quum Codices, quos nomini tuo dedico, ad Bibliothecam pertineant Majestati tuæ magis propriam, quippe à PHILIPPO V. Augustissimo Parente fundatam; eosdemque adeo recensendo, quorum ipsa custos, muneris mei partes convenientiùs adimpleam.

Illud etiam augendæ fiduciæ accedit, quòd me, tanquam tuam, amplissimis à te auctam mercedibus, summis honoribus, titulis, privilegiis ornatam, immensis Litterarum gazis, præcipuè Cardinalis *Archinti*, locupletatam, tua rum postremò rerum splendidè gestarum magnificentissimis Voluminibus, *Casertam* et *Herculaneum* depingentibus, insignitam triumphem et gaudeam.

Atque hæc nostra leviter attingere sit sat: vocor ad publica. En alteram videre mihi

## DEDICATIO.

videor, me sanè non inferiorem, ex Regiarum laudum monumentis assurgentem jam *Bibliotecam*. Quis enimverò memoriæ tradere sempiternæ dubitet, *Regii Ærarii Nominæ* non modò PHILIPPI V. sed superiorum etiam Regum principatu contracta, à CAROLO tam munificè, quām justè persolvi jussa? miseris Colonis vel condonata, vel minuta *Vestigalia*? Quis non copiosissimè prædicet immensam pecuniarum vim in Populos, annorum infæcunditate laborantes, ejusdem beneficentiâ erogatam, sterilesque agros aureo quasi semine undequaque conspersos? Frugum Pomerumque proventum, *Academiis Agriculturæ institutis*, uberiorem procuratum? effœtam (quid plura?) Naturam præceptis Artis fœcundiorem factam? ad hæc *Frumentario Commercio* libertatem ubicunque concessam?

Laudabunt alii *Viarum publicarum constructionem*; alii *Cursum publicum mari constitutum*, *Americanam* videlicet Herculeis jam admotam

## DEDICATIO.

tam Columnis , Novum Orbem veteri proprio-  
rem ; neque minùs utrumque *Commercii* com-  
munione conjunctum , indultâ nuper Hispania-  
rum indigenis quibuscunque Facultate illius  
cum Insulæ *Cubæ* aliarumque habitatoribus li-  
berè exercendi , pristinis Vectigalibus omnino  
abrogatis , ac miro inde utrarumque Gentium  
commodo et incredibili emolumento.

Quàm multi celebrare litteris contendent  
*Matrito* munditiem nitoremque inductum; Ur-  
bem præclaris insuper ædificiis auctam , excul-  
tam, prope renovatam! adeo quidem, ut in præ-  
senti Regiarum totius Europæ Urbium Regi-  
nam se, CAROLOQUE Rege dignam prorsùs  
exhibeat.

Venturis præterea longè sæculis nuntiabi-  
tur, *Marianas Solitudines* Coloniis, maximè *Ger-  
manicis*, frequentatas; infames priùs latroci-  
niis locos in tuta commodaque Hospitia con-  
versos; inculta demum tesqua in amœna Tem-  
pe jam nunc virescere.

Quid

## DEDICATIO.

Quid Artes sive Pacificas, sive Bellicas pari patrocinio atque honore à Principe, *Musarum* perinde ut *Martis* studiosissimo, affe-ctas? In primis *Typographia* eò perfectionis eva-sit, ut *Officii Divini Preces*, quæ apud exterias Nationes hactenus excudebantur, hodie apud Hispanos non minori diligentia, quàm elegan-tia excusæ prodeant; profanaque adeo Volu-mina præstantiorem habitum à Sacris condidi-cerint.

Jam verò *Tomentorum* (quod validissimum Belli robur) *Fusura* ad optimam Artis normam exacta. Quin et de *Telis fulminantibus* præci-pientem Scholam in *Segoviensi Arce*, tanquam Martis Officinâ celeberrimâ, omnibus patere demiramur. Huc accedat *Navium* accuratior Fa-brica, Bellicæque *Disciplinæ* sive Terrestris, sive Maritimæ longè maximum incrementum; auctum Militi *Stipendium*, togato cuique Ad-ministro *Salarium*; denique Virorum, qui vel *Militaribus*, vel *Civilibus* muniis perfuncti sunt,

## DEDICATIO.

viduis Uxoribus, orbisque Liberis *Annua Lar-*  
*gitio*, Augustæ sanè *Pietatis* insigne monumen-  
tum, assignata.

Hæc profectò, atque alia plurima tuæ, CA-  
ROLE OPTIME MAXIME , benignitatis,  
justitiæ, splendoris, consilii, providentiæ dé-  
cora Scriptores omnes Posteritati commenda-  
re quàm confidentissimè certabunt ; id solùm  
tamen veriti, ut non unum , sed multiplicem  
Regem tantarum rerum conditorem , tot mira-  
cula non unius, sed plurium sæculorum partus  
extitisse credat. At vereri omnino, Regii Lau-  
datores , parcite; ubi enim illa nihil in terris  
**BORBONIA GENTE** majus, claramque ejus  
propaginem **CAROLUM III.** esse intellexe-  
rit: nihil proinde Gestis supra memoratis cer-  
tiùs constare sibi facilè persuadebit. Minimè  
verò tandem *Hispaniam* tām consummato sub  
**Rege et gloriâ et fœlicitate cæteris Orbis Re-**  
**gionibus** antecellere dubitabit, postquam salu-  
berrium illud et optatissimum *Familiae Pa-*

*ctum*

## DEDICATIO.

*ctum* sancitum esse audierit. Ita sanè CAROLUS et LUDOVICUS *Borbonidæ* id pari denique studio effecerunt , ut *Pyrenæis* Montibus , quos *Hispaniam* inter et *Galliam* discrimina extulit Natura, Amicitiæ vi jam solo æquatis , tām utrique Principi subditæ Nationes consiliorum consensu , honorum communione, utilitatum societate inter se coalescant , quām ipsi Principes sanguinis vinculo , avitæ necessitudinis jure conjunguntur : qui non alios deinceps in Principatu suo , præter inviolabilis benevolentiae, concordiae, cognationis, fines agnoscent.


Reliquum est , ut, ex colluentibus undaque , Clarissime et Indulgentissime REX, tot rerum à te gestarum veluti sideribus , sortem Lucubrationi nostræ secundiorem augurer ; ut id Opus luminis illius radio illustrandum fore confidam , unde cætera Litterarum monumenta , tuo inscripta Nomine , immortaliiter enitescunt ; nostri demum qualecunque

## DEDICATIO.

studii, fidei, reverentiæ pignus eo favore ex-  
cipias, quo singula ad *Bibliotecam* pertinen-  
tia prosequi non dedignaris.

*Regia sic verè, sic Tua jure ferar.*

PRÆ-



## PRÆFATIÖ.



UUM Catalogi hujus Volumen prius multis de causis præire oportuerit , bipartitò præfari cogimur. Idcirco ea quæ ad ipsum potissimum pertinent , quæque à nobis in ipso præstata sint , Lectori repræsentanda curabimus. Is maximam partem ex miscellis Codicibus constat , quorum *Constantinus Lascaris Byzantinus* post captam Constantinopolim in Italiam profugus , Grammaticæ Artis , Humaniorumque Litterarum scientissimus , idemque Scriptor diligentissimus , sexaginta circiter undequaque collegit , manuque suâ descriptis ; partim etiam vel supplevit , vel auxit , tûm denique aut Scholiis , aut Annotationibus illustravit. Hi autem Codices adeo variam , minutam ac multipli- cem Opusculorum copiam complectuntur , ut unius viri et mentis et manûs laborem meritò demireris ; ut in nullâ aliâ Bibliothecâ æquè minutam multitudinem inveniri posse credas : quare ipsam non subtili minùs ratione prosecuti sumus. Hinc sanè ( quemadmodum ex eorum paucitate ) factum , uti non in Argumentorum classes , sed in cujusque magnitudinis gradus digeri licuerit ; atque ex hac alterâ causâ idem Ordo posterioris Volumi- nis Codicibus etiam contigit.

2. Horum autem Codicum (ut rem ab origine repetam) ad *Joannis Francisci Pacheco et Mendoza* , *Uzedæ* Ducis , et *Philippi V. Regis* in Si- ciliâ Vicarii , Bibliothecam maxima pars olim pertinuit , unde in Regiam Matritensem illata.

3. Quod ad Libri cujusque dotes ac proprietates spectat , initio Materia , deinde foliorum Numerus ; tûm Voluminis Modus , Habitus , Ætas , tûm Exscriptor , quoad fieri potuit , indicatus ; postremò Dominus , vel Biblio- theca , cuius olim extitit , designata.

4. Ad faciliorem singulorum notitiam præfixum Initium , subjectusque

## PRÆFATIO.

Finis; quò verò amplius eadem innotescant, cujusque divisio sive Capitum, sive Sectionum, sive Articulorum Numerus et Ordo singillatim designatur; præfixos quoque singulis Operibus Syllabos, vel Indices apponere necesse duximus.

5. In unoquoque MS. cum excusis Exemplaribus conferendo maxima à nobis navata est opera, summusque exhaustus labor. Non id tamen in omnibus fieri potuit; plures enim vel in ipsâ Regiâ Bibliothecâ Libri Græcè excusi desiderantur; neque in quavis aliâ omnes inveniri ausim affirmare; infinitus enim est rariorum hujus Linguæ Scriptorum numerus, quæ præsertim Italia atque Germania typis mandarunt. Utinam verò pro innumeris Auctorum Græcorum Operibus, quæ particulatim, verbosisque Commentariis onusta quotidie nunc prodeunt, eorundem fierent Collectiones longè minori sumptu, faciliori paratu, ampliori denique Litteratorum emolumento.

6. Ad eam collationem adhibuimus, ut edita aut inedita pronuntiaremus, MSS. Bibliothecas, sive Catalogos. Inprimis præter *Fabricianam* non modò de Excusis, sed MSS. locupletissimè tractantem, *Philippi Labbei* Novam Bibliothecam MSS. Librorum: *Nesselii* Catalogum MSS. Græcorum Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis: *Montfauconii* Coislinianam, ejusdemque Bibliothecarum Bibliothecam; postremò *Antonii Augustini*, Archiepiscopi Tarragonensis, Bibliothecam MS. Græcam, omnium ejus Librorum longè rarissimum, qui multùm diuque à me quæsitus, tandem ad manus meas fortè fortunâ pervenit. Græcæ autem *D. Marci* Bibliothecæ, et *Regiae Parisiensis* Græcorum MSS. Catalogi, quos, ut recentiores, ita copiosissimos accuratissimosque fore mihi persuaseram, parum profuere; quippe licet chartæ nitore, marginum amplitudine, litterarum elegantia maximè conspicui, descriptione Codicum, Scriptorum notitiâ minimè commendantur.

7. Præterea, nullius Codicis Subscriptionem describere negleximus, tūm Exscriptoris, tūm ejus, cui liber descriptus est, nomine, tūm anno et loco fideliter annotato.

8. Operum Titulos Græcè proferre, Nomina sive Hominum, sive Rerum, sive Locorum propria Litteris nunc, ut vocant, *cursivis*, nunc majoribus visum est distinguere: ad hæc Græcorum Interpretationes, aliorumque Scripta Litteris itidem *cursivis* expressa, vel eorum initio geminatae Virgulæ appositæ.

9. Singulis Operibus Annotationes, Lectiones variæ, Castigationesque, ubicunque res postulavit, adjectæ; præter Dissertationes, Disquisitiones, Indicesque Alphabeticos, de quibus infra.

10. In votis quidem erat quæcunque Opera inedita prioris partis hujus Catalogi Voluminibus comprehensa in manus Hominum dare; sed veritate is in molem inusitatam excresceret, prolixioram editionem prætermittere statuimus, contenti horum Titulos hoc loco breviter enarrare: quorum en series.

*Synopsis Historiarum à Joanne Scylitz e Curopalata scripta.* pag. 1. col. 1.

*Theodori Studite Catecheses CLXIII.* pag. 5. col. 1.

*Glossarium, sive Lexicon Græcolatinum*, ab iis omnino diversum, quæ Stephanus, Vulcanius, Labbeus edidere. pag. 24. col. 1.

*Tryphonii Grammatici de Figuris Poeticis Liber.* pag. 25. col. 2.

*Procli Diadochi Præfatio in Hesiodi Theogoniam.* pag. 25. col. 2.

*Syntagma, varios SS. Patrum asceticos Sermones, plurimas item Sententias cùm è S. Scripturâ, Sacrisque Canonibus, tûm è profanis etiam Auctoribus excerptas, et Gr. et Lat. complectens.* pag. 33. col. 1.

*Epistola Simeonis Metropolitæ Euchitarum ad quemdam Monachum.* pag. 37. col. 1.

*Aristotelis de Physicâ Auscultatione Librorum Epitome.* pag. 52. col. 2.

*Philagathi Philosophi, sive Theophanis Ceramei Archiepiscopi Tauromenitani Homilia XXVIII.* pag. 55. col. 1.

*S. Joannis Chrysostomi Homilia de iis qui ad divina Mysteria cum attentione accedunt, in eos qui ad Encænia relict sunt.* pag. 63. col. 2.

*Oratio, sive Declamatio (fortasse Libanii).* pag. 71. col. 2.

*Heracliti Epistola ad Hermodorum.* pag. 76. col. 2.

*Diogenis Epistolæ plures.* pag. 80. col. 1.

*Tzetzæ parva Ilias, et Homeri Paralipomena.* pag. 82. col. 2.

*Auctoris anonymi Etymologicon ex Etymologico Magno desumptum.* pag. 82. col. 2.

*In V. Porphyrii Voces Prolegomena.* pag. 134. col. 2.

*Dexippi Dialogi, sive Libri tres.* pag. 135. col. 1.

*Georgii Gemisti ad Scholarii super Aristotele Objectiones Liber.* pag. 135. col. 2.

## PRÆFATIO.

- Michaelis Apostolii Libellus ad Objectiones Theodori Gaza contra Gemistum Plethonem super Aristotelis Libro de Essentiâ. pag. 136. col. 1.*
- Georgii Gemisti Plethonis, Michaelis Apostolii, Cardinalis Bessarionis, et Andronici Callisti Opuscula. pag. 136. col. 2.*
- Joannis Philoponi Grammatici in V. Porphyrii Voces Liber. pag. 137. col. 2:*  
*S. Joannis Damasceni Sermo in Nativitatem Domini nostri Jesu Christi.*  
 pag. 138. col. 1.
- Universalis Herodiani Prosodia Epitome à Theodosio Grammatico facta. pag. 141. col. 2.*
- Hermogenis Progymnasmata. pag. 154. col. 2.*
- Ignoti Auctoris Liber de Animâ. pag. 156. col. 2.*
- Demetrii Chrysolora Mesazonis Laus Pulicis. pag. 158. col. 2.*
- Libanii Declamationes septem, et Choricii una. pag. 164. col. 2. et pagg. seqq.*
- Ejusd. Gratiarum Actio ad Constantium Imperatorem pro admissâ ab eo Oratione, quam ipse de illo ad Senatum scripserat. pag. 166. col. 1.*
- Joannis Pselli in SS. Basilii Magni, Gregorii Theologi, et Joannis Chrysostomi laudem Oratio. pag. 169. col. 2.*
- Ejusd. Expositio Fidei. pag. 171. col. 1.*
- Ejusd. Decem Capita Physica. pag. 173. col. 2.*
- Constantini, sive Michaelis Pselli Tractatus Astronomicus et Chronologicus.*  
 pag. 175. col. 1.
- Anonymi Prolegomena in Hermogenis Rheticam. pag. 196. col. 2.*
- Opuscula duo ex Typico Nicephori Blemmyda, et ex ejusdem Didascaliam. pag. 199. col. 2.*
- Fragmentum de Re Musica. pag. 223. col. 2.*
- Varini Phavorini Ecloga. pag. 227. col. 2.*
- Fragmenta de Re Musica. pag. 255. col. 1.*
- Maximi Planudis Epistola XI. pag. 260. col. 2.*
- Nicephori Gregoræ Antirrheticus. pag. 270. col. 1.*
- Dexippi Philosophi Platonici Dubiorum et Solutionum in Aristotelis Categorias Capita XL. pag. 274. col. 1.*
- Georgii Gemisti (Plethonis) contra Scholarii pro Aristotele Objectiones, sive Argumenta Liber. pag. 276. col. 1.*
- Scholarii Interpretatio ex Dialectica Magistri Petri Hispani. pag. 276. col. 1.*  
 Ejusd.

# PRÆFATIO.

v

- Ejusd. *De Sophismatibus ex Libris Philosophi Thome.* pag. 276. col. 2.  
*Gregorii Palama Opusculum ad Acindynum, de Processione Spiritus Sancti.*  
pag. 279. col. 2.  
*Ejusd. ad eundem Epistola de Barlaami in Sententiis differentiâ.* pag. 280.  
col. 1.  
*Ejusd. duo alia Opuscula Philosophica.* pag. 280. col. 2.  
*Barlaami Monachi Opuscula duo et viginti.* pag. 280. col. 2. et pagg. seqq.  
*Lazari Monachi ad Larissæ Metropolitam Opusculum adversùs Latinos.*  
pag. 284. col. 2.  
*Marci Eugenici Professio Fidei.* pag. 285. col. 1.  
*Ex ejusd. Syllogisticis Capitibus contra Latinorum Hæresim Fragmentum.*  
pag. 285. col. 1.  
*Ejusd. De Terminis Vita Opusculum.* pag. 285. col 2.  
*Ejusd. Epistolæ duæ ad D. Georgium Scholarium.* pag. 285. col. 2.  
*Davidis Monachi Historia compendiosa, quomodo exorta fuerit perversa per.*  
*Barlaamum et Acindynum Hæresis.* pag. 287. col. 1.  
*Bessarionis, Cardinalis, Oratio, seu Laudatio in Patriam suam Trapezun-*  
tem. pag. 288. col. 1.  
*Constantini Lascaris Prolegomena Rhetorices ex diversis.* pag. 290. col. 1.  
*Ejusd. Epitome Rheticorum Statuum technici Hermogenis.* pag. 290.  
col. 1.  
*Bessarionis et Plethonis Epistolæ tres.* pag. 294. col. 2.  
*Anonymi Compendium, sive Summarium Astronomicum.* pag. 295. col. 1.  
*Lucii Tarrhei Alphabetum.* pag. 296. col. 2.  
*Michaelis Pselli Epitome Logices ad Rheticam introducens.* pag. 300. col. 2.  
*Excerpta ex Libris Georgii Chærabosci de Orthographiâ.* pag. 306. col 1.  
*Opusculum de Calendarii Romani ratione.* pag. 314. col. 1.  
*Præcepta quadam de Luna, Solis, Bissextri, Paschatis ratione et computo.*  
pag. 321. col. 2.  
*Ex Damascii Libro Excerptum de Ventis.* pag. 328. col. 2.  
*Pythagoræ, verius Simeonis Sethi, Liber tertius de Astronomiâ.* pag. 335.  
col. 2.  
*Pythagoræ Opus divinatorium.* pag. 337. col. 2.  
*Simeonis Sethi Synopsis Physicorum.* pag. 339. col. 2.

Ejusd.

## PRÆFATIO.

- Ejusd. *De utilitate Corporum Cœlestium.* pag. 341. col. 1.
- Pedanii Dioscoridis Anazarbei de virtute simplicium Medicamentorum.* pag. 344. col. 1.
- Ejusd. *Descriptio non modo Plantarum, sed etiam Fructuum, vel Pomorum; item Animantium, Metallorum, Fossilium, aliorumque Simplicium, et medicarum cuiusque Potestatum, ordine Litterarum disposita.* pag. 344. col. 2.
- Ex Patriarchà Athanasio Excerpta sex.* pag. 353. col. 2.
- Sanctorum Vitæ, et Martyriorum narrationes aliquot Simeoni Metaphrastæ vulgò attributa.* pag. 360. col. 1.
- Maximi Planudæ de Verborum Syntaxi, de Transitiis et Intransitiis Opusculum.* pag. 372. col. 1.
- Tryphonis Grammatici de Tropis Libellus.* pag. 373. col. 1.
- Constantini Lascaris de Tropis et Figuris Poeticis Commentariolus.* pag. 376. col. 1.
- De Tropis Opusculum, alias Michaeli Apostolio, alias Tryphoni Grammatico tributum.* pag. 376. col. 1.
- Incerti de aliis Tropis et Figuris Commentatio.* pag. 376. col. 2.
- Manuelis Moschopuli Libellus de Dialectis.* pag. 376. col. 2.
- Theodoriti Libellus de Spiritibus.* pag. 376. col. 2.
- Georgii Chærobosci de Spiritibus Libellus.* pag. 376. col. 2.
- Tryphonis Grammatici de Spiritibus Libellus.* pag. 377. col. 2.
- Antiquum, incertique Auctoris, de Spiritibus Opusculum.* pag. 377. col. 1.
- Ignoti Auctoris Libellus de Figuris Solæcismi speciem habentibus.* pag. 377. col. 1.
- Emmanuelis Moschopuli Passiones (nempe Dictionum).* pag. 377. col. 1.
- Hephæstionis Grammatici Enchiridion de Metris, Constantini Lascaris tūm Notis et Animadversionibus, tūm Scholiis, Auctariisque illustratum.* pag. 380. col. 2.
- Proverbia CLXXI. ordine Litterarum digesta, cum suis pleraque Explanationibus, quæ Constantinus Lascaris è variis Auctoribus collegit.* pag. 381. col. 2.
- Maximi Planudæ Dialogus de Grammaticâ.* pag. 388. col. 1.
- Choricii Sophistæ Gazei Orationes, seu Declamationes variae.* pag. 395. col. 1.

- Petri Hispani Logica compendiaria à Georgio Scholario in Gracum sermonem  
Byzantii translata.* pag. 410. col. 1.
- S. Basilii Magni Ascetica Constitutiones à Cardinali Bessarione in compen-  
dium redactæ.* pag. 411. col. 2.
- S. Basilii Exorcismus adversùs Spiritus immundos.* pag. 421. col. 2.
- S. Gregorii Thaumaturgi Deprecatio ad vexatos ab immundis Spiritibus.* pag.  
422. col. 2.
- Ejusd. Exorcismus ad vexatos à malis Dæmonibus.* pag. 422. col. 2.
- Salomonis Exorcismus adversùs immundos Spiritus.* pag. 423. col. 1.
- S. Epiphanii Precatio et Exorcismus ad immundum Spiritum ejiciendum.*  
pag 423. col. 2.
- S. Gregorii Theologi Precatio et Exorcismus ad immundos Spiritus ejicien-  
dos.* pag. 423. col. 2.
- Narratio Colloquii Strygem inter et S. Michaelem Archangelum.* pag. 423.  
col. 2.
- SS. Apostolorum Lachmeterion , sive Sortitio.* pag. 424. col. 1.
- Etymologicum parvum.* pag. 427. col. 1.
- Harpocratioris Liber Medicinalis ex Syriâ.* pag. 432. col. 1.
- Ejusd. Ad Casarem Augustum Epistola.* pag. 435. col. 1.
- Pythagoræ Archicestoris Prognosticon ad Augiam maximè honorandam.* pag.  
438. col. 2.
- Constantini Lascaris, in Rhetorica Prolegomena, ex diversis.* pag. 441. col. 2.
- Excerpta duo ex Libro Demetrii Triclinii de Metris.* pag. 446. col. 1.
- Thomæ Magistri et Manuelis Moschopuli Scholia, sive Explanationes in Pin-  
dari Olympia.* pag. 447. col. 1.
- Georgii Cyprii , Patriarchæ Constantinopolitani , Sermo antirrheticus contra  
Becci blasphemias.* pag. 457. col. 2.
- Georgii Scholarii Monodia in Marcum Eugenicum Ephesi Metropolitam.*  
pag. 458. col. 2.
- Plethonis Monodia de Imperatrice Cleope Italâ.* pag. 459. col. 2.
- Altera ejusdem Monodia de celebri ac beatâ Dominâ Hypomone.* pag. 459.  
col. 2.
- Joannis Argyropuli Oratio consolatoria ad Constantimum Imperatorem è Pe-  
loponneso venientem, et Joannis demortui sceptra capientem.* pag. 460. col. 1.

*Alia ejusdem ad eundem consolatoria in ipsius Imperatoris Matris obitu.*  
pag. 460. col. 1.

*Ejusd. Monodia in Imperatorem Joannem (nempe Palæologum).* pag. 460.  
col. 1.

*Ejusd. Ad Constantimum Oratio Regia, sive de Regno, aut Imperio.* pag.  
460. col. 2.

*Apostolii Oratio funebris in Cardinalem Bessarionem.* pag. 460. col. 2.

*Procopii Sophistæ Gazei Monodia in Sanctam Sophiam terræmotu collapsam.*  
pag. 460. col. 2.

*Choricii Sophistæ Gazei Oratio funebris in Mariam Matrem Marciani Ga-*  
*zæ, et Anastasii Eleutheropoleos Episcoporum.* pag. 461. col. 1.

*Ejusd. Oratio nuptialis in Zachariam, unum ex suis Discipulis.* pag. 465.  
col. 1.

*Ejusd. Oratio nuptialis in Procopium, et Joannem, et Eliam ejus Disci-*  
*pulos.* pag. 465. col. 1.

*Pii II. Romani Pontificis Litteræ ad Alexandrum Asanem, nobilem Civem*  
*Constantinopolitanum.* pag. 466. col. 1.

*Procopii Casariensis sententiosè Dicta, sive Sententia.* pag. 466. col. 1.

11. Præterea in hac hujus Catalogi priori parte occurunt breviora Opuscula pariter inedita, quæ, cùm luce digna sint, utilissimum morem à P. Montfauconio in Bibliothecâ Coislonianâ observatum libenter imitati, ad Catalogum hunc illustrandum ibidem transcribenda censuimus; omissis tamen multorum Interpretationibus, ne res in immensum surgeret. Hæc verò sunt ejusmodi.

*Canones Pœnales Monachorum.* pag. 47. col. 2. et pag. 48. col. 1.

*Ex S. Epiphaniï Physiologiâ Caput de Viperâ cum Interpretatione Latina à*  
*me factâ.* pag. 50. col. 2. et pag. 51. col. 1.

*Hymni Procli, Hecates, et Jani, et in Minervam Polymetin.* pag. 88. col. 1. et 2.

*Complura Epigrammata Græca à me sive Latinis, sive Hispanis versibus ex-*  
*pressa.* pag. 94. et seqq.

*Cointi Smyrnai Poematis in Homeri Paralipomena XIV. Librorum Argu-*  
*menta.* pag. 125. et seqq.

*Constantini Lascaris ad Discipulos suos Epistola à me Latinè reddita.* pag.  
145. col. 2. et pag. 146. col. 1.

# PRÆFATIO.

IX

*Propria quadam Civitatum Vocabula ex incerto Auctore.* pag. 146. col. 2.  
et pag. 147. col. 1.

*Polybii Sardiani Opuscula de Solæcismo, et Acyrologiâ.* pag. 148. col. 1. et 2.

*Incerti Auctoris in Aphthonii Progymnasmata Exordium, et Caput nonum,*  
*adjunctâ à nobis Latinâ Interpretatione.* pag. 152. col. 1. et 2. et pag. 153.  
col. 1. et 2.

*Libanii ad Constantium Imperatorem pro admissâ ab eo Oratione, quam ipse  
de illo ad Senatum scripserat, Gratiarum Actionis Protheoria à me La-  
tinè redditâ.* pag. 166. col. 2.

*Simplicii Proœmii ad Librum primum Commentariorum in Libros Aristotelis  
de Animâ pars inedita.* pag. 181. col. 1. et 2. et pag. 182. col. 1.

*Constantini Lascaris Epistola ad Joannem Gatum, Episcopum Catanensem.*  
pag. 184. col. 1. et 2.

*Ejusd. Proœmium in ipsius Grammaticam diversum ab excuso, ubi de Lit-  
teris Græcis apud Italos renatis, adjunctâ nostrâ Interpretatione Latinâ.*  
pag. 185. col. 2. et pagg. seqq.

*Ejusd. Grammaticæ Epilogus.* pag. 188. col. 2. et pag. 189. col. 1.

*Ejusd. Epistola ad Jacobum Ximenium Muriellum, Proregis Insula Si-  
cilia à Secretis, annexâ nostrâ Interpretatione Latinâ.* pag. 189. col. 2. et  
pag. 190. col. 1.

*Ejusd. de Tonis, sive Accentibus octo Partium Orationis Tractatus Epi-  
logus, cum nostrâ Interpretatione Latinâ.* pag. 191. col. 1. et 2.

*Ejusd. de Cinto Calabro Notitia, adjectâ à nobis Latinâ Interpretatione.*  
pag. 192. col. 2. et pagg. seqq.

*Arati Poetæ Genus ex incerto Auctore cum Latinâ nostrâ Interpretatione.* pag.  
202. col. 1. et 2. et pag. 203. col. 1.

*Fragmentum ineditum Germanici Cæsaris Prognosticon, prout in MS. Codice  
legitur, Versibus constans LI.* pag. 205. et 206.

*Idem Fragmentum emendatum, dilucidius exscriptum, Notisque à nobis illu-  
stratum.* pag. 206. et seqq.

*Alterius Fragmenti Germanici Cæsaris variantes Lectiones ex Codice MS.*  
pag. 208. et seqq.

*De Aureo Vellere Notitia.* pag. 213. col. 1. et 2.

*Claudiani Gigantomachia Græcè conscriptæ Fragmentum constans versibus 77.*  
pra-

## PRÆFATIO.

- præmissâ hujus Fragmenti inventionis Enarratione, insertâque Petri Bembi ad Angelum Politianum, eâ de re, Epistolâ, nostrisque Annotationibus subjectis.* pag. 219. et seqq.
- Homeri vita Compendium, incerto Auctore, cum nostrâ Interpretatione Latina.* pag. 233. col. 2. et pag. 234. col. 1.
- Argumentum Nubium Aristophanis, incerti Auctoris, me Interprete.* pag. 236. col. 1. et 2.
- Arati Genus, ex incerto Auctore, cum Latinâ nostrâ Interpretatione.* pag. 239. col. 2. et pag. 240. col. 1. et 2.
- Ejusd. Arati Vita, sive Generis, vetus Interpretatio Latina.* pag. 241. col. 1. et 2.
- Hephæstionis Thebani ex Dorothei Scriptis Astrologicis Carmina 98. adjunctis nostris Animadversionibus.* pag. 244. et seqq.
- Constantini Lascaris ad Georgium Placentinum Epistola Graeca de significatu Dictionum οφφίκιον et οφφικιάλλιθον.* pag. 258. col. 1. et 2.
- Maximi Planudis Laus Ptolemai, versibus constans heroicis XLVII.* pag. 263. col. 1. et 2.
- Procopii Sophistæ Gazei Monodia in Sanctam Sophiam terræmotu collapsam.* pag. 264. col. 1. et 2. et pag. 265. col. 1.
- Constantini Lascaris Narratio de Demetrii ac Thomæ Constantini Imperatoris fratrum Peloponnesi Despotarum casibus, eorumque Sobolis variis rerum eventibus; additâ à nobis Latinâ Interpretatione.* pag. 266. col. 1. et 2.
- Index Capitum primi et secundi Dexippi Libri in Aristotelis Categorias.* pag. 274. et 275.
- D. Didaci Hurtado de Mendoza Codicum Græcorum, quos à Turcarum Imperatore dono accepit, Catalogus, præfixâ de eorum Numero Disquisitione.* pag. 277. col. 1. et 2.
- Exemplum Confessionis super rebus Ecclesiasticis Theodora Imperatricis uxoris Michaelis Palæologi Comneni.* pag. 283. col. 2. et pag. 284. col. 1. et 2.
- Constantini Lascaris ad plures viros doctos Epistola XIV.* pag. 290. et seqq.
- Quatuor scribendi apud veteres Græcos formarum Exempla.* pag. 297. col. 1.
- De Etymologiâ XXIV. Græcarum Litterarum Opusculum.* pag. 297. col. 2. et pag. 298. col. 1. et 2.

# PRÆFATIO.

XI

S. Athanasii de Azymis Opusculum. pag. 299. col. 2. et pag. 300. col. 1.  
et 2.

Joannis Geometrae Protothroni de Malo Oratio. pag. 301. et 302.

Narratio de Saturni Jovisque Liberis, et eorum moribus. pag. 305. col. 1. et 2.

De Vocibus Animalium Quadrupedum, et Avium Fragmenta tria. pag. 306.  
col. 2. et pag. 307. col. 1

Zenodoti Philetari de Differentiâ Vocabulorum Animalium Fragmentum; subjecto  
à nobis Catalogo Alphabetico omnium Vocabulorum Animalium quatuor supra  
Fragmentis complexarum. pag. 308. et seq.

Fragmentum aliud Græcum de Vocibus Animalium, Differentia Vocis in-  
scriptum, cum nostris Animadversionibus. pag. 313. col. 2. et pag. 314.  
col. 1.

De Litteris, sive de earum Definitionibus, Anonymi Fragmentum. pag. 315.  
col. 1. et 2.

Aliud, cui titulus: Litterarum Etymologiæ. pag. 315. col. 2. et pag. 316. col. 1.

Joannis Grammatici Characis de Vocibus Inclinatis et Encliticis Opusculum.  
pag. 316. col. 2. et pagg. seqq.

De Musis Fragmentum, incerto Auctore, me Interpretate, atque Annotatio-  
num Auctore. pag. 320. et 321.

Aristotelis de Animalium Proprietate Proæmium. pag. 322. col. 2. et pag.  
323. col. 1.

Ejusd. Physicorum Problematum Sectionis 3. et 4. Interrogationes. pag.  
323. col. 2. et pagg. seqq.

Ex Damasco de Generato Excerptum, præmissâ nostrâ de ejus Scriptis Dis-  
sertatione. pag. 330. et seqq.

Pythagoræ ad Telaugem Epistola, additâ à nobis Latinâ Interpretatione. pag.  
337. col. 1.

Petrosiris de Ægrotantibus Judicium, sive Epistola ad Necepsum Ægyptio-  
rum Regem. pag. 338. col. 2.

Simeonis Sethi de Utilitate Corporum Cœlestium, omnium Libri Capitum Ti-  
tuli. pag. 341. et seq.

Incerti de claris Montibus, Fluminibus atque Insulis Fragmentum. pag. 343.  
col. 1.

Index Collectionis Alphabetica Plantarum, Fructuum, Animantium ac Metal-

lo-

- lorum Dioscoridi adscriptæ. pag. 344. col. 2. et pag. 345. col. 1. et 2.*
- Variae Lectiones Donationis à Constantino Magno Sylvestro Papæ factæ. pag. 349. col. 2.*
- Narratiuncula de tribus Tomis Synodicis sub Imperatoribus Constantino Porphyrogenito, Manuele Comneno, et Michaeli Palæologo promulgatis, Harmonopulo tributa. pag. 350. col. 1.*
- Series Regum Tribuum Israelis ex Chronographiâ compendiariâ Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani deprompta. pag. 352. col. 1. et 2.*
- Brevis notitia Imperatorum à Theodoro Lascari ad Constantimum, sub quo capta Constantinopolis; deque ejus Fratrum Demetrii ac Thomæ rebus variis Enarratio Græca à me Latina facta. pag. 352. col. 2. et pag. 353. col. 1.*
- Eustathii in Dionysium Periegetem Commentarii Supplementum cum variis Lectionibus. pag. 359. col. 2. et pag. 360. col. 1.*
- Elogium, seu Epitaphium Constantinae Imperatoris Mauricii uxoris, ejusque Liberorum, elegiacis versibus, cum metricâ Interpretatione incerti Auctoris. pag. 365. col. 1. et 2.*
- Aristotelis Poetica Sectionum Lemmata. pag. 367. col. 1. et 2.*
- De Animalium sive Quadrupedum, sive Alitum Vocibus promiscua Sylloge, cum Animadversionibus nostris. pag. 371. col. 1. et 2.*
- Polybii Sardiani de Solæcismo et Acyrologiâ duorum Exemplarium varia Lectiones. pag. 373. et seq.*
- Ejusd. Opuscula duo de Figurâ loquendi Ratione, ac de Structurâ (Orationis) Speciebus. pag. 374. col. 2. et pag. 375. col. 1. et 2.*
- Opusculi cui titulus: Propriæ quædam Civitatum Dictiones, duorum Exemplarium Lectionum Differentiæ. pag. 378. col. 1. et 2.*
- Diversa Nomina Mensium Ægyptiorum, Atheniensium, aliarumque Nationum. pag. 379. et seq.*
- Nicephori Gregoræ Fragmentum de vario Dictionum Significatu pro varia Temporum ratione. pag. 381. col. 2.*
- Gemini Indoctus, sive intra se Grammaticus. pag. 388. col. 2. et pagg. seqq.*
- Versus Iambici et Dorici ad Proclum, qui prius Hesiodum explanavit. pag. 407. col. 2.*
- Argumenta Libri II. III. IV. et V. Oppiani Halieuticorum ab editis diversa. pag. 408. col. 2. et pag. 409. col. 1.*

# PRÆFATIO.

XIII

*Defectuum Versuum Oppiani MS. cum edito collatorum Series. pag. 409. col. 2.*

*Precationes duæ, altera pro Febricitantibus, altera in extremo Vita. pag. 411.  
col. 1.*

*Index Constitutionum Asceticarum S. Basili Magni in earum Compendio à  
Bessarione Cardinali Niceno confecto. pag. 411. col. 2. et pag. 412. col. 1.  
Ejusd. Compendii Prologus, subjectà nostrà de hoc Opere Dissertatione. pag.  
412. col. 1. et 2. et pag. 413.*

*Claudii Sylæ Epistola ad Ducem Philicem de Christi Causâ, additâ à nobis  
Latinâ Interpretatione. pag. 414. col. 1. et 2.*

*Nomina XII. Apostolorum, incerti Auctoris, cum narratione locorum ubi de  
Christo concionati, passi, ac sepulti, adjunctâ nostrâ Latinâ Interpretatio-  
ne. pag. 415. col. 1. et 2. et pagg. seqq.*

*Narratio Martyrii S. Sophiae, et ejus Filiarum, me Interprete. pag. 417.  
col. 1. et 2.*

*S. Joannis Damasceni Canon in Dormitionem Dei Genitricis cum Latinâ  
nostrâ Interpretatione. pag. 418. col. 1. et 2. et pagg. seqq.*

*Confessio Patriarchæ Joseph in fine vitæ. pag. 421. col. 1.*

*Precatio ad vexatos ab immundis Spiritibus. pag. 422. col. 2.*

*S. Joannis Chrysostomi Precatio altera ad vexatos ab immundis Spiritibus.  
pag. 422. col. 2.*

*S. Gregorii Thaumaturgi Exorcismus ad vexatos à malis Daemonibus. pag.  
423. col. 1.*

*Deprecatio ad copiosam Piscium capturam. pag. 423. col. 1.  
Epistola incerti Auctoris, fortè autographa, Italice conscripta, de Officio S.  
Baptismatis Luminum. pag. 425. col. 1.*

*Gemini ad Casarem de Prasinis, sive viridi colore præditis, Disquisitio. pag.  
429. col. 2. et pagg. seqq.*

*Incerti Auctoris Prologus in Librum titulo Kyranidem, Mercurio Trismegi-  
sto adscriptum. pag. 432. col. 2.*

*In eundem Librum Kyranidem Prologus alter ab Harpocratone ad Filiam  
suam descriptus; adjectâ à nobis de duobus hisce Prologis Dissertationuncu-  
lā. pag. 432. col. 2. et pag. seq.*

*De Succedaneis Medicamentis (fortè Dioscoridis) Fragmentum. pag. 436.  
col. 2.*

*Dioscoridis de Lapidibus Commentarius.* pag. 437. et seq.

*Menologion, sive Calendarium Astrologicum.* pag. 439. col. 2. et pagg. seqq.

*Trophonii Sophista de Rhetorica Liber.* pag. 442. col. 2. et pagg. seqq.

*Incerti Auctoris Fragmentum, cui titulus: Etymologiæ Litterarum, à superioribus nonnihil diversum.* pag. 448. col. 2. et pag. 449. col. 1. et 2.

*Inscriptiones quæ diversis in Urbibus visuntur, quarum quinque, ut videtur, ineditæ, nonnulla ab editis diversæ.* pag. 452. et seq.

*Severi Διηγηματα, sive Narrationes.* pag. 462. col. 1. et 2.

*Constantini Lascaris in Georgium Ralem Epicedion versibus Iambicis XXXII.* pag. 463. col. 1.

*Ejusd. Epigramma Sepulchrale in Principem Hispaniæ Joannem, Latinis versibus à me redditum; adjuncto ejus Sponsæ Margaritæ Austriacæ Epi-taphio cum Interpretatione nostrâ Latinâ et Hispanâ.* pag. 463. col. 2. et pag. 464. col. 1.

*Basilii Macedoniæ Imperatoris Successorum Series, Urbisque Constantinopolitanae Expugnationis, ipsiusque Constantini captivitatis Enarratio.* pag. 481. col. 1. et 2. et pag. 482. col. 1.

*Magni Maris Stadiasmus, sive Periplus, incerti Auctoris, præmisso ejusdem Prologo, adjectoque Indice Alphabetico ejus Locorum omnium à nobis concinnato.* pag. 485. et pagg. seqq.

*Monodia, sive Oratio funebris in Reginam Cleopam à Sacerdote Johanne elucubrata, atque à Marinero Latinè redditæ.* pag. 535. col. 1. et 2.

*Deorum Epitheta, incerto Auctore.* pag. 537. col. 2. et pag. 538. col. 1.

*Fragmentum ex Eusebii Pamphili Ecclesiastica Historia de SS. Martyribus, qui diversis in Urbibus per varia tempora passi sunt, Excerptum.* pag. 548. col. 2. et pagg. seqq.

12. Jam verò quicunque sive editorum, sive ineditorum Codicum dotes, quos hucusque memoravimus, nosse aveat; is singulas Catalogi paginas columnasque adeat, ubi occurtere indicantur; ibi enim cuiuslibet Codicis notitias inveniet, quas denuò repræsentare omisimus, ne actum agere videremur.

13. Porrò autem si in MSS. Græcorum Exemplarium paucitate, quâ Regia Matritensis laborat Bibliotheca, tot inedita inveniri operâ nostrâ potuerit; quid in aliis uberioribus Bibliothecis non liceret, si in illis exutiendis par cura, studiumque à litteratis Investigatoribus adhiberetur?

14. Eadem verò Catalogo exornando interserta sunt plura à rerum Argumentis non aliena ; quæ ita prorsùs se habent.

*De Philagatho, sive Theophane Ceramità, ejusque Homiliis, accedente earundem Catalogo Alphabetico, Dissertatio.* pag. 64. col. 2. et pagg. seqq.

*Descriptio atque Historia præstantissimi Achatis Orientalis insculpti, qui in Regio Matritensi Cimeliarchio asservatur.* pag. 118. col. 2. et pagg. seqq.

Nonnulla ad hujus Explanationem facientia , mihi postmodum inventa, huc adjicere non abs re fuerit : quæ ita sequuntur.

Idem Græcum Distichon , quod ibi in aversâ parte insculptum est , extat etiam Romæ apud *Fulvium Ursinum* in gemma Onychina , teste Grutero *Corporis Inscriptionum* pag. *MCCCXLIII.* num. 6. De eodem Lapide idem *Gruterus* in corrigendis et animadvertisendis ejusdem *Corporis Inscriptionum* ita disserit : *At Epigramma 6. quod erat in Gemmâ Onychinâ apud Fulvium Ursinum, paulò sincerius legitur in Achate amplissimi Præsidis Æmerii Thuanî, quem beneficio optimi Rigaltii representamus pag. MCLVIII. 7. is an idem sit cum eo quem aliquando vidit in sanctuariis Regis Henrici III. sublatumque à ducibus factionis Hispanica meminit illustris Scaliger, nescio. Si sic; præstantissimus judicatus est omnium Achatum totius Europæ. Achates, ut vulgo constat, bicolor est, albus et ex nigro rufescens: quot litteræ erant in eo incisa, toties videbatur natura album interjecisse; itaque in eo multæ litteræ erant superflue, quia cælator nullum album spatum voluit vacare. In eo igitur erat ΜΙΣΗΘΕΙΗΣ, ut hic, pro μονθής.*

Verumtamen Achates noster discrepat ab Henrici III. Gallorum Regis Achate, tūm quòd non *albus et ex nigro rufescens*, ut ille, sed multò nigerimus, licet albis aliquot maculis aspersus; tūm præsertim quòd in ejusdem Descriptione nulla de Imagine muliebri (quod maximum nostri ornamentum) habeatur mentio.

*Dissertatio pro asserenda Gundisalvo Perezio Homeri Odysseæ Interpretatione versibus Hispanis expressâ.* pag. 122. col. 2. et pagg. seqq.

*Disquisitio de Hermogenis Progymnasmatis adhuc extantibus.* pag. 154. col. 2. et pag. seq.

*Opusculum vetus Latinum de Vocibus Animalium, incerto Auctore, subiunctis nostris Annotationibus.* pag. 310. col. 2. et pagg. seqq.

*Dissertatio de Vocibus Πολιτεία et Μύρα.* pag. 360. et 361.

*De Chronographico Compendio S. Cyrillo attributo Disquisitio.* pag. 365. et seq.

*Collatio Argumentorum Iliadis Homeri ex Codice nostro XCVI. cum Barne-  
sianâ Editione.* pag. 382. col. 1. et 2.

*Index Choricii Sophistæ Gazæi Orationum et Dialexeon, quas Codex CI. com-  
pleteatur, ferè omnium ineditarum.* pag. 402. col. 2. et pagg. seqq.

*Dissertatio de Martini Furto Litterario.* pag. 573. col. 2. et pagg. seqq.

15. Insuper materiam Catalogi suâpte naturâ tristem, atque illætabilem, diversis tûm Vocabulorum originibus, tûm Epigrammatum venustiorum sive Hispanis, sive Latinis Interpretationibus exhilarare placuit; atque horridula Critices senticeta quasi floribus identidem recreare.

16. Extremo loco, *Vincentii Marinerii Valentini* tûm Mstorum, tûm Excusorum Operum, quotquot nobis innotuere, Indicem, prioris hujus Catalogi Voluminis quasi Corollarium, iis de causis, eumque in modum ac formam subjunximus, quæ supra pag. 503. et seqq. copiosius enarrata sunt. Eidem insuper alterum Indicem astrictiorem ac Litterarum ordine digestum, quò faciliùs universa *Marinerii Scripta* Lectori paterent, adjicere operæ pretium visum est.

17. Quæ quidem omnia distinctè eo consilio recensuimus, ut, optimæ totius hujus Voluminis partis quasi prospectus, eruditio cuique exhiberentur.

18. Ut Præfationi demum ultima accedat manus, æquare verbis vix possum quantum tædii, sudoris ac defatigationis in exequendis singulis hactenus recensis pertulerim. In primis enim versanda, pertractandaque mihi fuit *Jo. Alberti Fabricii Bibliotheca Græca*, quæ licet pretiosissima Græcarum Opum fodina, et investigatu elaboratique censenda sit operosissima; licet *Atticae Minervæ* videatur Regia; commodâ membrorum dispositione, aptaque ordine caret; quippe quæ Auctorum Indices exhibeat numerosissimis Logarithmis haud absimiles, ipsorum Operum Indices aliis Indicibus perturbatos, ipsosque Auctores in minuta membra concisos, ac toto Opere perperam sparsos; adeo, ut peculiarem ex præcipuis *Syllabum* mille propemodum complectentem, ad faciliorem usum contexere mihi sim coactus. Quamobrem ejusdem *Fabricii Bibliothecam*, potius quam ædificium, saxa, materialia, camenta, ac cætera ædificando utilia esse jure ac meritò contendas.

19. Quid referam MSS. Codices tot lituris, pravis Litterarum formis, ne-  
xibus, compendiis intricatos, confusosque legendi difficultatem? Quid in

observandâ , sive corrigendâ , sive addendâ in Vocabulis Accentuum ratione, ac Phrasium interpunctione ? Quid in significandâ complurium Operum interruptâ serie diligentia ? Quid complures Græcorum MSS. Bibliothecas, sive Catalogos, quibuscum nostrorum Titulos conferendos habui ? Quid accuratam cum excusis Exemplaribus Mstorum collationem ? Quid rudes Græcarum Litterarum Impressionis Operas, quas nobis edocendi labor incubuit, ne in hujus Editionis damnum, famæ nostræ periculum malè proluderent ? Quid, uno verbo , in omnibus supra assignatis scrupulosius adimplendis curarum, studiorum, vigiliarum summam vim, jugemque pertinaciam?

20. Quemadmodum autem difficultates toto Operis decursu nobis exsuperandas hactenus indicavimus: ita, quæ nobis ad ejus partes accuratiùs, cumulatiùsque implendas suppetierunt subsidia exponere non alienum videtur. Itaque Cl. Viri *D. Joannis de Santander*, Regiæ Bibliothecæ Præfecti, jussu concessum nobis est omnes prorsùs MSS. Codices Græcos, ut commodior eos recognoscendi, subtiliùsque exutiendi daretur copia; tūm etiam quosvis excusos Libros, ad exactiorem cum iis collationem, è *Regiæ Bibliothecâ* in domum nostram emigrare; idque operâ ac ministerio *D. Joannis Guerra de la Vega*, Regiæ Bibliothecæ Subcustodis, arctissimâ mihi necessitudine conjuncti, quem unum, non modò universi ipsius *Regiæ Bibliothecæ* ordinis peritissimum, ejusque Librorum notitiæ ac rationis solertissimum, sed etiam multiplicis disciplinæ ac eruditionis laude præditum esse nemo nescit.

21. Insuper, quod rei caput est, ejusdem *Regiæ Bibliothecæ* Præfecti cura egregium in tam gravi difficultique Provinciâ adjutorem mihi providit, *D.* videlicet *Josephum Rodriguezum de Castro*, Regiæ pariter Bibliothecæ Subcustodem. Is porrò (quod non amiciùs, aut benevolentius dictum velim) non Græco minùs et Hebraico, quām Latino sermone doctus, litteris etiam Arabicis imbutus, varioque humaniorum, severiorumque Disciplinarum genere instructus, mirum, quantam mihi nunc in Chartis sive MSS. sive Excusis relegendis, nunc in Typographicis erroribus castigandis; modò in Exemplarium vel exscriptione, vel collatione, modò in Auctorum locis, testimoniisque investigandis; tūm in consultando de Interpretationum difficultatibus, Lectionumque nodis, à prioris hujus Voluminis initio, operam navarit; præsertim in extremâ hujus parte incommodâ mihi valetudine utenti. Quarum omnium rerum diligentissimè præstitarum fiduciâ, ac veluti pi-

gnore effectum est , ut suasu meo datum illi negotium fuerit non modò singula quæque *Opera Græca inedita* hoc priori Volumine , sed etiam sequenti complexa, seorsum, ad Collectionis instar , accedente Latinâ Interpretatione, in lucem proferendi. Atque utinam idem consilii in cæteris *Europæ Bibliothecis* caperetur: ita enimverò eruditæ Antiquitatis bona pars è tenebris, quibus premitur , emerget , novoque lumine *Litteratam Rempublicam* maximè collustraret.

22. Cæterùm iis , quæ ad hujus *Prioris Voluminis Præfationem* spectant, satis hactenus fecisse rati , reliqua ad hujus Catalogi *Volumen Posterius* pertinentia , aliaque utrique communia in Præfationem alteram omnino rejicienda duximus.


REG.

REGIÆ  
BIBLIOTHECÆ  
MATRITENSIS  
CODICES GRÆCI MSS.

Ad priorem Pluteum pertinentes.

---

I.



Hartaceus, grandioris folii modo, foliis constans 129. litteris sat nitidis, chartaque luculenta descriptus Sæculo XV. jam vergente, cui titulus :

Σύνοψις ἰστοριῶν ἀρχαιότερων Νικηφόρου τοῦ Καστολέως ἀπὸ γενικῶν καὶ μέχει τῆς Καστολείας Ισακίου τοῦ κομητοῦ εὐγάφειος παρὰ Ιωάννου κοντοπαλάτου καὶ γερονότος μεγάλου Δρουγαρίου τῆς Κύριλλας τοῦ Συλλίτζη. Synopsis historiarum incipiens ab Imperatoris Nicephori à Genicis nece ad Isaaci Comneni Imperium : rectè scripta à Joanne Scylitzæ Europolata, qui magnus Vigiliæ Drungarius fuit.

Incipit: Τὴν ἐπιτομὴν τῆς ἰστορίας ἀριστα μὲν τοὺς πανάγγοις (ad oram emendatum παλαιὸν) ἐπραγματεύσατο, &c. desinit verò: καὶ τὰ μὲν τὴν Καστολίαν (leg. ἡ Καστολίαν) κατέτινεν εἰς τοῦτο.

Hanc *Joannis Scylitzæ* historiarum Synopsis in Chronicon transtulit suum *Georgius Cedrenus*; quamquam multa ille egregia memoratu referat, quæ hic prætermisit. Itaque Præfationem illius, quippe eâ multò prolixiorē quæ ejusdem Cedreni Chronico præit, et non pauca de Scriptoribus Historiæ Byzantinæ nova ac notatu digna con-

tinentem, P. Bernardus de Montfaucon et Græcè et Latinè publicavit in *Bibliotheca Coisliniana*, pagg. 207. et 208.

Eadem autem Synopsis, teste Joanne Alberto Fabricio *Bibliotheca Greæca* vol. VI. pag. 387. „ nondum Græcè vidit lucem; sed extat Latinè ex versione Jo. Baptiste Gabii „ Venetiis 1570. fol. apud Nicolinum. Rarius obvia est hæc editio, inscribiturque „ hoc titulo : *Joannis Europolata Scillizze Historiarum Compendium*, quod incipiens „ à Nicephori Imperatoris à Genicis obitu ad „ Imperium Isaaci Comneni pertinet.

Cæterūm hujus operis ad *Alexii Comneni* initia ab Auctore continuati secunda Editio cùm in Galliæ atque Italiae Bibliothecis, tūm in Cæsarea Vindobonensi, eodem referente Fabricio, Græcè manu scripta reperitur.

II.

Membraneus, in folio magno quidem, sed minori quàm superior, habens folia 234. manuque pervetusta exaratus.

Idem planè opus hic exhibet, quod proximè recensitus Codex, at multò emendatius castigatiusque; adeo prætereà rerum gestarum imaginibus DLXXIV. et auro et multiplici colore distinctis per singulas ferè pa-

A gi-

ginas conspiciendum, ut habitâ simul litterarum vetustatis ratione, illum prorsus Codicem esse credamus, quem vel ipsi Imperatori donavit Auctor, vel Imperiale in Bibliothecam inferri voluit.

Folio primo, superiori margini antiqua satis manu inscriptum legas: αὐτὴν ἡ Κίελος πέλει τῆς τοῦ σωτῆρος μονῆς διακειμένην ἐν τῷ ἀκρωτηρίῳ τοῦ λιμένος μεσσήνης. „ Hic liber „ est Monasterii Salvatoris in summitate „ portū Messanæ constituti. „

Hanc denique Scriptionem, collatis cum hoc cæteris exemplaribus, evulgari quantum ad Byzantinam Historiam locupletandam profuerit!

### III.

Membraneus, in folio satis magno, formâ litterarum amplâ nitidâque, et ad quadratam accedente, constans foliis 229. Sæculo XII. ut videtur, exaratus: qui plures S. Joannis Chrysostomi Homiliae in Genesim hoc ordine digestas complectitur:

Fol. 1. Τοῦ ἐν ἀγίοις πατρὶς ἡμῶν Ιωάννου τοῦ ἀρχεπισκόπου Καισαριανουπόλεως τοῦ χρυσοστόμου ὄμιλίᾳ ῥίθεῖσα εἰς τὸν εἴσοδον τῆς ἀγίας πεσσαρακοῦ. (Ad oram Omil. 2.). Sancti Patris nostri Joannis Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolitani Homilia habita sub initium sanctæ Quadragesimæ. (Homilia 1).

Incipit: Καὶ ρώ καὶ εὐφραίνομαι ὅρῶν σῆμερον, τὴν τοῦ θεοῦ, &c.

4. averso. Omilia 6. Eἰς τὴν ἀρχὴν τῆς κτίσεως. Εν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Homilia 2. In principium Creatio-nis: In principio fecit Deus cælum & terram.

Incipit: Πολλῆς σῆμερον πληροῦμαι τῆς ἡδονῆς, &c.

9. Omilia 7. Eἰς τὰ ὑπόλοιπα τοῦ ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἔως τοῦ, καὶ ἐγένετο ἐσπέρα καὶ ἐγένετο πρὸ (leg. πρώ) ἡμέρα μία. Homilia 3. In reliqua illius textūs: In principio fecit Deus cælum & terram, usque ad illud: Et factus est vesper & factum est mane, dies unus.

Incipit: Οὐσαρῷ πνι περιστίκει ἡ τῶν θεῶν γέφων ἀνάγνωσις, &c.

14. averso. Omilia 8. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς γενθῆτω τερέωμα σὺν μέσῳ τοῦ ὑδάτος, καὶ ἔτοι (in excusis ἔτοι) διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὑδάτος, καὶ ἐγένετο οὐρανός. Homilia 4. Et dixit Deus: Fiat firmamentum in medio aquæ, et sit discernens inter aquam et aquam; et factum est ita.

Incipit: Οφῶν ὑμῶν ἀγαπητοῖ, τὴν μετὰ προθυμίας καθ' ἐπάσπιν ἡμέραν, &c.

21. Omilia 6. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς συναχθῆτο τὸ ὑδάρι τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς συναχωρήματα, καὶ ὀφῆται ἡ ξηρά. Homilia 5. Et dixit Deus: Congregetur aqua quæ sub cælo est in congregationem unam, et appareat arida.

Incipit: Φέρε καὶ σῆμερον σὺν τῶν τοῦ μακράριου Μαυσείου, &c.

26. Omilia 7. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, γενθῆτωσαν φωτῆρες σὺν τῷ τερέωματι τοῦ οὐρανοῦ εἰς φῶντα ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ διαχωρίζειν ἀναμέσον τῆς ἡμέρας, καὶ ἀναμέσον τῆς νυκτὸς, καὶ ἐξωσταν εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καμάρους, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ ἐνιαυτούς. Homilia 6. Et dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli ad illuminationem super terram, ut discernant inter diem et inter noctem; et sint in signa, et in tempora, et in dies, et in annos.

Incipit: Βούλομαι τῆς συνήθεος ἀφασθαι διδασκαλίας, &c.

32. averso. Omilia 8. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς. ἐξαγαγέτω τὰ ὑδάτα ἐρπετὰ φυχῶν ζωῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ τὸ τερέωμα τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἐγένετο οὔτως. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ κήπη τὰ μεγάλα· καὶ πάσαν φυχὴν ζωῶν ἐρπετῶν κατὰ γένος αὐτῶν. Homilia 7. Et dixit Deus: Educant aquæ reptilia animalium viventium, et volatilia volantia super terram secundum firmamentum cœli; et factum est ita. Et fecit Deus cete magna et omnem animam animalium reptilium secundum genus suum.

Incipit: Ιναρᾶς χθὲς καθηφάμεθα τῶν εἰς τὰς ἱπποδρομίας αὐτομολοπάντων, &c.

38. averso. Omilia 9. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς. ποιήσωμεν ἀνθρώπους κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὄμοιόν τοις. καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ· καὶ τῶν κτηνῶν καὶ τῶν θηρίων καὶ πάσους τῆς γῆς· καὶ πάντα τῶν ἐρπετῶν τῶν ἐρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. Homilia 8. Et dixit Deus: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, et secundum similitudinem; et dominetur piscibus maris et volatilibus cœli, et pecoribus et bestiis, et universæ terræ, et omnibus reptilibus serpentibus super terram.

Præterea id Hesiodi Carmen anonymi Auctoris interlineari glossa ab initio ad finem satis illustratur. Observandum denique est et Hesiodi Opus, et Scholia interlinearemque Glossam ad finem usque hujus versūs: Διμός γαρ τοι πάμπαν ἀεργῷ σύμφορες ἀνδρί, vetustiori manu descrip̄tam; cæteros verò insequentes scholiorum expertes, pauculisque tantūm glossis aspersos, Constantini Lascaris manu exaratos esse.

80. Θεογονία Ησιόδου. Theogonia Hesiodi, cum nonnullis interlinearibus glossis et marginalibus scholiis, ejusdem Lascaris manu perscripta.

Eam excipit eodem exscriptore Tetrastichon hexametris versibus, hoc titulo: Ησιόδου καὶ ταυτα. Id est, *Hesiodi etiam hæc*. Princeps ejus versus ita se habet:

Κούρη δ' οὐ μεγάρεσσι ἀγανοῦ δευκαλίων.

115. averso. Υπόθεσις τῆς ἀστίδος. Argumentum Aspidis, quod incipit: Τῆς ἀστίδος ή ἀρχὴν σὺ τῷ πετάρτῳ παταλόγῳ φέρεται μέχει τίχων η καὶ σ. &c. Aliud autem omnino est ab excuso in supra memorata Editione Veneta, fol. 174.

116. Αστίς Ησιόδου. Aspis Hesiodi. Id nimirum Carmen scholiis nonnullis marginalibus ornatur, quorum primum incipit: Οἱ ἀμφιτρίοις ἀπέκτενε τὸν πατέρα ἀλκηνίας ἡλεκτρύων, et pauculis etiam glossis interlinearibus distinguitur.

120. averso. Υπόθεσις τῆς Αστίδος. Argumentum Aspidis, idem scilicet atque supra memoratum; etsi in fine accedit aliud quod incipit: Μεγαλῆς ἀθηναῖος γυνίστον μὲν οἶδε τὸ ποίημα.

121. Αρχὴ τῆς ἀστίδος καὶ περίφρεσις. Aspidis Initium et Periphrasis. At non hujus Carminis verè initium est; siquidem exorditur ab hoc versu: Χερσίγε μὲν σάκος, &c. qui Aspidis numeratur CXXXIX. quod mirum est fugisse Constantinum Lascarinum ejus tituli scriptorem.

Periphaseos autem subjicitur tantummodo fragmentum incipiens: Ιτεον ὅπι ή τοῦ ἐργαλεοῦ ἀντη ἀστίς ήν οἱ ησιόδος ἐκφράτει. Quod quidem pars est Periphraseos Joann-

nis Pediasini Diaconi in Editione supra memorata, fol. 175. excusæ.

Reliquus Aspidis contextus ad finem usque pergit, nonnullis vel interlinearibus glossis, vel adscriptis ad marginem notulis distinctus: omnia denique Constantini Lascaris manu exarata.

133. Ηχητα μουσῶν. ή θεοχρίτου σύεργξ τῷ πανι. Sonus Musarum. Theocriti Syrinx ad Pana. Incipit: Σύεργξ οὔνομ' ἔχεις, &c.

Id Theocriti carmen, ab aliis *Simmiæ Rhedio* adscriptum, cùm Glossulâ interlineari, tūm Scholiis marginalibus insignitur, quorum initium: Τὸ ἐπιχραυμάτιον ή σύεργξ τοῦ θεοχρίτου συντικεν σὲ μετεῶν ὅμων, finis verò: σὲ τοῦ μηδεπτικοῦ η τοῦ λεύσσω τὸ βλέπω.

Hujusmodi Scholia diversa sunt à *Joannis Pediasini* in *Theocriti Syringa* Explanatione, quæ cum cæteris in eundem Poetam Scholiis Græcis excusa circumfertur.

134. Γένος θεοχρίτου τοῦ ποιητοῦ. Genus Theocriti Poetæ. Incipit: θεόχριτος οἱ τῶν βουκολικῶν ποιητὴς. Brevis nimirum ejus notitia.

Ibidem. Περὶ τῆς εὐρέστως τῶν βουκολικῶν. De inventione Bucolicorum. Incipit: Τὰ βουκολικά φασι σὲ λακεδαιμονίᾳ εὐρεῖνας, desinit in Tetrastichon Iambicum cuius hic princeps versus:

Η βουκολικὴ πᾶσιν ἔγκειται β. Κλος.

Ibidem. Alia duo Scholia, quorum prius in *Theocritum Syracusium* Poetam, sic incipit: Θεόχριτος νιὸς αραξαγόρου η φιλίνη; alterum in *Theocritum Rhetorem Chium*, incipit: Θεόχριτος ἄλλος ρήτωρ χῖος μαθητὴς μητροδόρου.

Singula verò hujusmodi in *Theocritum Prolegomena* tūm diversa, tūm triplo fusiōra sunt iis quæ cum aliis in *Theocritum* Scholiis in lucem emisit *Daniel Heinrichs* è Bibliopolio Commeliniano an. 1604; at non multūm ab iis absona quæ præmittuntur in ejusdem Poetæ cum Scholiis Editione à *Zacharia Calliergo* adornata, quæ Romæ prodiit anno 1516. in 8.° iis tamen locupletiora.

135. Θεοχρίτου συρρεκουσίου βουκολικῶν εἰδύλλιον η. Θύρσοι ποιημένη, Κομάτας αἰπόλος. Theocriti Syracusii Bucolicorum Idyllium 1. Thyrsis Pastor ovium, Comatas Caprius. Incipit: Αδύ π τὸ φθέρεσμα, &c.

136. Θεοχρίτου βουκολικῶν εἰδύλλιον 6. συμαῖθα φαρμακευτρία. Δωρίδι διάλεκτο. Theocriti Bucolicorum Idyllium 2. Symætha Phar-

Pharmaceutria (sive Venefica). Dialecto Doricā. Incipit: Πᾶ μοι τὰ δάφναι, &c.

137. Βάττος αἴπόλος ἡ καμαρής καμαριών.  
δωρίδ. εἰδύλλιον γ. Battus Caprarius, sive Comastes. Comessatorium. Dialecto Doricā. Idyllium 3. Incipit: Καμάρων ποτὶ τὰς ἀμφύλλιδα, &c.

137. averso. Κομάτας ἀϊπόλος. λάκων πομπήν. εἰδύλλ. δ. Comatas Caprarius, Lacon Pastor. Idyllium 4. (in editis 5.) Incipit: Αἴγες ἔμαι τῆνον, &c.

138. averso. Βάττος ἀϊπόλος. κορύδων βουκόλος. εἰδύλλ. ε. Battus Caprarius. Corydon Bubulus. Idyllium 5. (in excusis 4.) Incipit: Εἰπέ μοι ὦ Κορύδων, &c.

139. Δαμοίτας καὶ δάφνις βουκολιασαῖ. εἰδύλλ. ζ. Dametas et Daphnis Bucolici Cantores. Idyllium 6. Incipit: Δαμοίτας καὶ δάφνις, &c.

Eodem fol. averso. Θαλύσια ἡ ἐαρεοί οδοιπόρει. εἰδύλλ. ζ. Thalysia, seu verni Viatores. Idyllium 7. Incipit: Ής ξερός ἀνίκηγώ πε, &c.

141. averso. Μενάλκας ποιμήν. Δάφνις βουκόλος. εἰδύλλ. η. Menalcas Pastor, Daphnis Bubulus. Idyllium 8. Incipit: Δάφνιδι τῷ χαρίεντι, &c.

143. Εργατίναι ἡ θεριτάρη μίλω καὶ Βάττος. δωρίδ. διαλήκτρο. εἰδύλλ. θ. Operarii, sive Messores. Milo et Battus. Dialecto Dorica. Idyllium 9. (in editis 10.) Incipit: Εργατίνα βουκάρε, &c.

143. averso. Βουκολιασαῖ δάφνις καὶ μενάλκας. εἰδύλλ. ι. Bucolici Cantores, Daphnis et Menalcas. Idyllium 10. (in editis 9.) Incipit: Βουκολιασθεοῖ δάφνις, &c.

144. Υπόθεσις κύκλωπος καὶ γαλατέας. εἰδύλλ. ια. Argumentum Cyclopis et Galateæ. Idyllium 11. Argumentum est longè brevissimum. Idyllium verò incipit: Οὐδὲν ποτὸν ἔρωτα, &c.

145. Εἰστῆλος ἡ ἔραμενος αἴτας (sic) αὐτοφωνηπού. εἰδύλλ. ιβ. τῇ κοινῇ γαδι. Ispnilus, sive amasius Άτες. Allocutorium. Idyllium 12. Lingua communis Ionica.

Eodem fol. averso. Τλας. δωρίδ. εἰδύλλ. ιγ. Hylas, dialecto Dorica. Idyllium 13. Incipit: Οὐχ ἀμῖν τὸν ἔρωτα, &c.

146. Χάρετες ἡ Ιέρων. εἰδύλλ. ιδ. Charites, sive Hieron. Idyllium 14. (in excusis 16.) Incipit: Αἰα τοῦτο Διὸς κούρεσι, &c.

Eodem fol. averso. Εγκάμμον εἰς πολεμαῖο τὸν φιλάδελφον βασιλέα αἰγύπτου. εἰδύλλ. ιε. Laudatio Ptolemæi Regis Άιγυπτι. Idyllium 15. (in excusis 17.) Incipit: Εκ Διὸς ἀρχάμεσθα, &c.

147. averso. Τοῦ ἀντοῦ ἐπιτάφιος Βίωνος βουκόλου ἐρωπικοῦ. εἰδύλλ. ιζ. Ejusdem (seu potius Moschi) Epitaphium Bionis Bubuli amatoris. Idyllium 16. Incipit: Αἴλινα μοι συναχεῖτε, &c.

Observa locum eum, qui in hoc Idyllo inter versum: Εἰσέπι σεῦ τὸ μέλισμα, &c. et hunc: Εν δὲ συρροσίσι, &c. inter jacet, atque in libris impressis tanquam mancus asteriscis annotatur, nullâ defectûs notâ in hoc MS. Codice designari; ambosque versus continenter decurere.

148. Τοῦ ἀντοῦ Εὐρώπη. εἰδύλλ. ιζ. Ejusdem (seu potius Moschi) Europa. Idyllium 17. Incipit: Εὐρώπη ποτὲ Κύανης, &c.

150. Τοῦ ἀντοῦ Ερως δραπέτης. εἰδύλλ. ιη. Ejusdem (seu potius Moschi) Amor fugitivus. Idyllium 18. Incipit: Α Κύανης τὸν ἔρωτα, &c.

Eodem fol. averso. Κυρίωνας ἔρως ἡ θυάτιχος. εἰδύλλ. ιη. Cyniscæ amor, sive Thyonichus. Idyllium 19. (in excusis 14.) Incipit: Χαίρων πολλὰ τὸν ἄνδρα, &c.

151. averso. Συρρούσια, ἡ ἀδωνιάζουσα. εἰδύλλ. ικ. Syracusiae, sive Adonis festum celebrantes. Idyllium 20. (in excusis 15.) Incipit: Ειδοῖ ωραξινά, &c.

153. Ελένη. Επιθαλάμιος. εἰδύλλ. ιη. Helenæ Epithalamium. Idyllium 21. (in excusis 18.) Incipit: Εν ποκ' ἔρει Σπάρτα, &c.

Huic Idyllo, quod Codicis extremum est, ipsius Lascaris manu subscriptum: Κωνσταντίου τοῦ λαοκάρεως καὶ ὁ κόπος καὶ τὸ κτῆμα. Id est, Constantini Lascaris et labor et possessio.

Admonendum denique superest, Argumenta singulis ferè Idylliis præfixa, diversa prorsus esse ab impressis in supra dictâ ejusdem Theocriti Operum Editione, quæ Danielis Heinsii curâ prodidit. Ex iis etiam plura comperimus omnino discrepare ab excusis cum Theocriti et aliorum scriptis studio Zachariae Callieri, Romæ anno 1716. in 8°.

## IX.

Chartaceis formâ folii, foliorum numero 147. crassâ, levique chartâ, Constantini Lascaris, et Manue lis ejus discipuli manu eleganter exaratus anno MCCCLXII.

Eo imprimis continentur Diogenis Laertii de Vitis Philosophorum Libri X. præmisso Philosophorum Indice, quorum vi-

tas exhibent singuli. Ac prius quidem talem præfert titulum:

*Λαερτίου Διογένους βίων χ' γνωμῶν τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδαιμονίᾳ των, τῶν εἰς δικητὸν φρώτῳ.* Diogenis Laertii Vitarum et Senteniarum eorum qui in Philosophia claruerunt, è Libris decem primus. Is verò incipit: *Tὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον, &c.* quem cæteri omnes ordine suo consequuntur.

In fine Libri VII. Constantini Lascaris manu subscriptum: *μέχει τούτου κωνστινοῦ ἐξέργασθεν.* Id est, *Hactenus Constantinus descripsit.* Ejusdem etiam manu nihil huic Libro deesse annotatum his verbis: *οὐδὲν γοῦν λεπτό: quod nonnulla observatione dignum, cum in luculentissima Laertii editione Westeniana an. 1692. ad hujuscet Libri finem hæc adjiciatur Annotatio: „Post „λεγομένων additur in quibusdam veteri- „bus, ὑπὲρ τῆς, deinde cætera deesse an- „notantur.„*

Postremis foliis aliæ duæ Vitæ subeunt, videlicet:

Fol. 146. Περὶ ἀπολλωνίου τοῦ τυανέας ἐκ τοῦ σύδα. De Apollonio Tyaneo, ex Suida. Incipit: *Απολλώνιος τυανεὺς φιλόσοφος νίος ἀπολλωνίου χ' πολίποδος, &c.* desinit verò: *ἐν τῷ περὶ διαινέμων φοῖ.* Id autem Excerptum cum iis placè convenit, quæ in Verbo *Απολλώνιος Τυανεύς* apud Suidam legas.

146. averso. *Βίος ἀριστοτέλειος ἄλλως εἰρήμενος.* Aristotelis Vita aliter enarrata. Incipit: *Αριστοτέλης ὁ φιλόσοφος τὸ μὲν γένος ἦν μακεδὼν, &c.* desinit: *μετὰ τὴν τοῦ πλάτωνος τελευτὴν καὶ ἔζησε.* Hæc eadem prorsus Vita est, quæ *Ammonii nomine Aristoteliis operibus præfigi vulgo solet.*

Ad extremum altera ejusdem *Constantini Lascaris* manu occurrit subscriptio, his verbis: *κόπος χ' κτῆμα κωνσταντίνου λασκαρίως τοῦ Συζαντίου ἐκ μεδιολάνῳ σκηναφέν.* Ἐπει ἀνέγει τὸ μὲν ἐξ αὐτοῦ τὸ δὲ τελευταῖον ἐκ μανούντου μαθητοῦ. Hoc est, *Labor et possessio Constantini Lascaris Byzantini.* Exscriptum Mediolani anno 1462. illud quidem per ipsum; postremum verò per *Manuelem discipulum.* Nimirum septem priores Laertii libros, item Apollonii et Aristotelis vitas *Constantinus ipse Lascaris exscripsit;* tres verò ejusdem Laertii posteriores *Manuel ejus discipulus.*

## X.

Chartaceus in folio, constans foliis 117.

litteris nitidis Sæculo, ut videtur, XV. exente descriptus.

*Xenophontis de Cyri Expeditione Libros VII. et varia Georgii Gemisti Plethonis Excerpta complectitur, hac nimirum serie:*

Fol. 1. *Ξενοφόντος κύρου ἀναβάσεως βιβλίον* ἡ. Xenophontis de Cyri expeditione Liber I. Hoc initio: *Δαφείου χ' παρυσάποδος γύνται πάθεις δύο, &c.* quem cæteri ordine suo subsequuntur.

76. *Τοῦ σοφωτάτου κύρου γεωργίου τοῦ μετὸν τοῦ πλήθωνος ἐκ τῶν διοδάρευ χ' πλοντάρχου, περὶ τῶν μετὰ τὴν μαντινείᾳ μάχην ἐν κεφαλαιοῖς διάλυψις.* Sapientissimi Domini Georgii Gemisti Plethonis ex Diodori et Plutarchi scriptis rerum post pugnam ad Mantineam gestarum Summarium. Incipit: *Μετὰ τὴν ἐν μαντινείᾳ μάχην, ἐν ᾧ ἐπαινειώντας, &c.* desinit: *οὐδέποτε πλεῖστος νικήσας.*

Id *Gemisti Summarium et Græcè et Latinè* jam prodiit, testante Leone Allatio in *Diatriba de Georgiis* apud *Fabricium, Biblioth. Græcæ vol. X. pag. 741.*

86. averso. *Ἐκ τοῦ διοδάρευ παρεχομειώσεις.* Ad oram eadē manu adscriptum: *τοῦ αὐτοῦ τοῦ πλήθωνος.* Ex Diodoro Annotations ejusdem Plethonis. Initium: *Περὶ τὴν ἔκτην χ' ἐκαπτῷ ὀλυμπίαδα ὁ Αλέξανδρος ὁ φερεῖν τύραννος.* Finis: *μεθώντην τὴν ἐπὶ θράκης ὄχησα.*

Hujusmodi autem Annotationes superioris Summarii videntur esse continuatio, sive appendix.

106. *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν θεοφράστου περὶ φυτῶν ιστορίας.* Ejusdem ex Theophrasti libris de Historia Plantarum. Incipit: *Τῶν γῆς ἢ μὲν πίεισα, &c.* desinit: *ἀπαντα ταῦτα ἀε φύλλα εἶναι.*

107. averso. *Τοῦ αὐτοῦ περὶ ζώων ἐκ τῶν ἀριστοτέλεων.* Ejusdem de Animalibus ex libris Aristotelis. Incipit: *Τῶν ζώων τὰ μὲν χερσῶντα ἐπι, τὰ δὲ ἐνυδρα, &c.* desinit: *ἀμέλλυτος δὲ μαλακίας ομοιώνει.*

Posteriora hæc duo idem Leo Allatius inter ea *Plethonis opera* recenset, quorum maximam partem ineditam esse affirmat. Vide *Fabricii Biblioth. Græc. Lib. X. pag. 744.*

## XI.

Chartaceus in folio, paginis constans 433. Sæculo XVII. ferè dimidiato non una manu descriptus.

Is habet *S. Demetrii Thessalonicensis Transla-*

lationis Historiam à *Nicasio Diacono Monacho Pantocratoritâ* compositam, cum *Diogenis Paramonacii Latina interpretatione*; item *S. Syncletice Vitam à D. Athanasio conscriptam*, præmissis pluribus ejusdem Vitæ Fragmentis. Quorum omnium ratio et series in hunc modum consequitur.

Pag. I. Νικασίου διαχόνου Μοναχοῦ παντοκρατοριου διήγησις περὶ τῆς περιφεράτης μεταχωρίς τῆς σκέπης, τὴν λαμπτήρα σφέραν, χειροδέσποτα, καὶ σωτηριώδη μύρα βλέψουσαν σκεπάσσουσαν μερθίκιν, τὴν σῶα καὶ ἀβλαβῆ τὰ ἵερὰ λεῖψαν διατηρεύσαν τὸν ἄγιον διημιτέσιον θεαταλονίκην ἀυτοπάτου, καὶ σὺν ποιησίᾳ μάλιστα ἔξαγοις διατηρούστος μάρτυσι, μᾶλλον δὲ καὶ σταύρῳ ἥλιον λάμποντος, πολὺ διατηρεύεσσι. Σὺν πολέμοις ἀπήντου, σὺν θλίψισι, καὶ πακάσοις θαυματουργοῦ μεγάλου ὡρὸς τὸν ἀσθετικόν, ἀματῆτην αὐτοῦ τοῦ μεγαλομάρτυρος εἰκόνι, ἢν σὶν θεαταλονίκην εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἄγοντες σὺν τῇ τοῦ παντοκράτορος βασιλικῇ μονῇ χατέθευτο μηνὶ ὄντας θείῳ καὶ ἴδιαντίονος ιγ. ἔτοις τοῦ Χριστοῦ. ἐπιμελοῦντος τοῦ σεβασμού καὶ ἀγιωτάτου πατρὸς ἡμῶν ἰαστήρου ἡγουμένου τῆς βασιλικῆς ταύτης μονῆς ἐπιβασιλεύοντος τοῦ ἀδεξοτάτου, περιφανετάτου, ἀπήντου, ὄρθροῦ, κρατίου, καὶ τῆς εὐσεβείας πάντας ὑπερβάλλοντος βασιλέως ἡμῶν μανουὴλ κομιτοῦ τοῦ παρφυρογενῆτον. Καὶ σταύρῳ τῆς τῶν λειψάνων θυσιαρεῦ ἐπιτείχεως ὡρὸς τὸν κύειν ἡμῶν ἵσσοντα χριστὸν λόγος εὐχαριστήρος, ὡρὸς δὲ αὐτὸς τοῦ μεγαλομάρτυρος εὐπικός.

Cujus Inscriptionis protinus sequitur Latina hæc interpretatione litteris rubro et nigro colore distinctis aliâ manu exarata, nempe Laurentii Coccii, de quo infra:

„Nicasii Diaconi Monachi Pantocratoritæ Historia splendidissimæ Translationis operientis tegumenti sacram et elegantissimam Urnam fragrantissimis et saluberrimis unguentis stillantem Myrothichium, incorruptas, et divinas custodientem exuvias S. Demetrii Thessalonicensis Græciæ Procos. Astri inter magnos et celeberrimos Christi Martyres coruscantissimi, imo ipso sole in omnibus terrarum finibus fulgentioris: in bellis auxiliatoris invictissimi; ac in tribulationibus, languoribus miraculorum operatoris eximii. Una cum veneranda, ac sacra ejusdem gloriosissimi, celebrimique Magni Martyris Imagine: è Thessalonicorum Civitate in Uribium Regionem ac Dominam Novam Romanam. Eo-

rumdemque Collocationis in nostro Imperiali et admirabili Pantocratoris Monasterio XXIII. die mensis Octobris in dictione XIII. sexillesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo. Curante religiosissimo ac R.º ejusdem Imperialis Monasterii Præsule ac Patre nostro Josepho. Et jubente Inclito Religiosissimo, Catholico, optimo et Maximo Imperatore nostro semper gloriosissimo Domino Domino Emanuele Comneno, ex celeberrimis Imperatoribus et Dominis in purpura nato. Et pro assequuto Thesauro ad omnipotentem D. N. Jesum Christum Gratiarum actio. Et ad eundem Magnum Martyrem Precatio. \* Ex Græco MSS. Codice, in Bibliotheca Laurentii Coccii existente, deprompta et Latinitate donata à V. C. Diogene Paramonacio Nobili Lacedemone, ex sodali Collegii Græcorum sancti Athanasii de Urbe, sacræ Theologiæ Doctore.\*

Asteriscis inclusa verba minimè ad Græci textū interpretationem pertinent, et à supra laudato Laurentio Coccii adjecta sunt.

2. Incipit ejus Translationis Historiæ textus Græcus, his scilicet verbis: καὶ π τῶν ἐπεράσων καλῶν ἔται τις τῇ μήμη παραδόνα, εἴ τα πατὰ διαφόρες καρεὺς, καὶ γεόντος φερεπιμερα τῇ βασιλικῇ παύτῃ, καὶ παντοκρατορικῇ μονῇ χαρίσματα θεά τε καὶ σωματιά. Latina vero interpretatio exadversum posita hoc habet initium: „Equid expetendorum erit, quod quis memoriæ tradere cupiens quæ huic imperiali pantocratoris monasterio diversis temporibus, annorumque curriculis collata beneficia spiritualia, atque corporalia.,,

Eiusdem denique textus Græcus ita desinit: τύχαμεν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν χάρειπ καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἵσσοντο χριστὸν ἡ δόξα εἰς τὸν αἰῶνας ἀμήν. Latina versio sic: „utinam aeternorum bonorum participes simus, gratia et clementia Domini nostri Jesu Christi, cui sit gloria in secula, amen.,,

30. Sine titulo, Fragmentum ad eundem S. Demetrium pertinens, hoc initio: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μημένη τοῦ μεγάλου σεισμοῦ.

Ἐσεισας ἀλλ' ἔσπας ἀνθις γῆν λόγε τῆς σῆς γὰρ ὄργης οἰκτός ἐπὶ τὸ πλευρόν, &c.

Quæ his respondet apposita è regione versio, sic habet:

„Eo-

, Eodem die fit commemoratio magni terræmotus.,,

, Concussisti terram , sed rursus con-  
, stabilisti , ò Verbum Dei , iræ namque  
, tuæ commiseratio est ut plurimum , &c. ,

Brevissima nimurum est notitia magni terræmotus qui Constantinopoli factus est anno 24. imperii Leonis Isauri , indictione 9. die 26. mensis Octobris.

34. Sine titulo , Fragmentum alterum ad eundem *S. Demetrium* spectans , hoc initio : Μνή τῷ αὐτῷ καζ. μνήμη τοῦ ἀγίου μάρτυρος νέρος.

Ομοῦ λυδῶν καὶ λύμην τὴν τῆς πλάνης κτείνεις νέτορ τέμενεται διὰ ξιφοῦς , &c. cuius è regione interpretatio talis est:

, Ejusdem mensis vigesimo septimo fit  
,, commemoratio beati martyris nesto-  
,, ris. ,,

, Statim atque lyæum erroris ærunt  
,, nam (sic) percussit nestor , ense cædi-  
,, tur , &c. ,,

Brevissima utique est notitia tūm victoriæ , quam *Nestor* adversùs *Lyæum* adeptus est *S. Demetrii* ope , tūm amborum martyrii.

Singula autem hucusque recensita , præter Latinam interpretationem Tituli quem *S. Demetrii* Translationis præfert Historia , intricatis lectuque operosis litteris perscripta sunt à *Demetrio Paramonacio* , de quo mentionem infra faciemus.

41. *Fragmenta ex Vita Sanctæ Syncleticæ à Divo Athanasio Archiepiscopo Alexandrino scripta. Ex diversis Codicibus Gr. MS. desumpta , ac etiam ex typis editis in variis Bibliothecis existentibus.*

Ea sane numerantur omnino XXVI. Primi verò hic titulus est : Εκ τοῦ βίου τῆς ἀγίας συγχαλπικῆς ὄντος ἐν καρπευκὸν εἰ τοῖς νόσοις. Ex Vita *S. Syncleticæ* , quæ fuerit ejus tolerantia in morbis. Initium hoc : Ορῶν διασόκαλος διάσολος τὴν μακρίαν συγχαλπικὴν κούφως τῷ αὐτοῦ ὑφεριπλανών παγίδων.

Omnium denique Fragmentorum novissimum his plane constat verbis : Εἰπε πάλιν δέ καὶ τὰς ἔξωθεν τῶν ἀνθρώπων τερψιν τρεφοσβολάς , καὶ τὰς ἔνδον τῶν λογισμῶν ἔξαντλαν ἀγαλύσεις.

Cæterū omnia hujusmodi Fragmenta , eadem prorsus manu exscripta sunt , quā *S. Demetrii* Translationis Historia superius memorata , præter universalem Titulum Latinum peculiaremque Græcum proximè

relatum , quem *Laurentius Coccii* jam à Nobis laudatus exaravit.

58. Omissò titulo , *Sanctæ Syncleticæ* occurrit Vita , quæ à mutila voce sic incipit : . . . δε (leg. Εδε) πάντας ἀνθρώπους τῶν καλῶν ἀγάνων ταύτην ἀγάρχειν ; atque ita designit : καὶ συντελεσθέντος τοῦ χρόνου ἀπόλθεν ἡ μακρία συγχαλπικὴ τρόπος τοῦ κόσμου , ἐπαθλού τῶν ἀγάνων παρ' αὐτοῦ δεξομένη τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν.

Vitæ hujus contextui , aliâ manu satis nitidè exarato , ac in CXI. Numeros distributo subjacet per singulas paginas purum spatium ipso contextu quadruplo amplius , vel interpretationi Latinæ , vel annotationibus adjiciendis relictum. Ipse autem contextus idem est , quem *Sancti Athanasii Operum* ex editione *P. de Montfaucon* Tomus alter sub finem representat ; sed ab illo multis quidem locis variante lectione , tūm numerorum quibus uterque distinguitur , ordine ac modo etiam diversus. Quamobrem utrumque componi conferrique operæ pretium sanè maximum foret.

Quod ad *S. Demetrii* Translationis Historiam à supra laudato *Nicasio Diacono* elucubratam attinet : nihil de illa , neque de Auctoris ipsius vel nomine in locupletissimis librorum sive impressorum , sive manu scriptorum Catalogis , Indicibus , Bibliothecis , quorum enumerationem brevitas gratiâ prætermittimus , est à Nobis inventum ; nihil etiam de eadem Translatione , licet *Emmanuelis Comneni* jussu , impensisque facta , à *Niceta Choniate* hujus Imperatoris rerum gestarum scriptore memoriæ proditum. Id unum ex ipsius Translationis Historiæ verbis comperire licuit , illum nempe *Nicasium Diaconum* *Emmanuelis Comneni* temporum æqualem extitisse , remque atate sua gestam litteris consignasse. Quare opus non ineditum modo , sed et paucissimis notum existimamus.

De *Dio gente* atitem *Paramonacio* supra recensitæ *S. Demetrii* Historiæ , ejusque ac *S. Syncleticæ* Vitæ Fragmentorum exscriptore et interprete , nulla nobis præter ea quæ in ejusdem Historiæ titulo Latinè reddito legas , usquam occurrit mentio , vel notitia.

Quod verò ad *Laurentium Coccii* in supra dictæ Historiæ Latina inscriptione memoratum spectat : manus , quam sive ipsa in-

inscriptio , sive S. Syncleticæ Fragmentorum titulus , tūm notæ atque emendationes marginibus passim adscriptæ , tūm schedulæ compluribus Codicis locis agglutinatæ , tūm denique Scriptura deinceps adducenda repræsentant , eadem planè est ac illa qua descriptus an. 1645. extat Catalogus Librorum Ecclesiæ Toletanæ , in ejusdem Coccii libraria supellectile post ejus obitum repertus. Is autem asservatur penes Regiam hanc Bibliothecam in Codice MS. folii modo , qui foris inscribitur : *Nicolas Antonio. Papeles y Opusculos varios* , ubi in Indice hujusmodi Opusculis præfixo , quem ipse *Antonius* et concinnavit , et manu sua perscripsit , hæc leguntur:

*Index Librorum manuscriptorum Bibliothecæ Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ.* „Es ajus- „, tadissimo , como lo é experimentado: „y le huve de los papeles de D. Loren- „zo Coqui Italiano que fue Secretario „del Nuncio Mons.º Campegi , hombre „curiosissimo y diligentissimo , que mu- „rió en Madrid.

Scriptura , de qua prædictiuntur , occurrit pag. 433. taleaque titulum exhibit:

*Pro Perquisitione in Serenissimi Bavariae Electoris et Augustanis Windelicorum Bibliothecis.*

E regione hujus tituli ad oram paginæ exteriorem adscriptum legitur : *Hæc Scrip- tura data fuit à me admodum Reverendo P. Casparo Schiess S. J. Patria Badensi in Elvetia dum è Matrito alias (sic) in suam Provinciam Bavaricam rediret. Pollicitus enim mihi est se omnia optima Elvetia et Germanica fide impleturum. Data fuit die Veneris 30. Augosti 1647. sed Pater non discessit nisi die Dominico prima Septembbris 1647. prædicti.*

Scripturæ hujusmodi quippe longiusculæ , en habes summam:

Laurent. Coccii P. Casparum Schiess S. J. sigillatim monet enixéque orat , ut quicquid manu scriptum ad S. Demetrii Martyris et S. Syncleticæ vitas , acta , miracula , tūm ad Photii Epistolas pertineat faciatve , id in Bibliothecis supra laudatis quām accuratissimè investiget , exploret , describendum , conferendum , ad sese perferendum curet , datâ fide omnia hujusmodi descriptioni impendenda statim soluturum. Ad hæc idem innuit se ornatissimam S. Demetrii Vitæ editionem meditari ; disertè verò testatur S. Syncleticæ Vitam à D.

Athanasio Græcè scriptam , cum prolegomenis , scholiis , notis et quatuor Latinis interpretationibus à se edendam ; prætereaque habere Photii Epistolas editioni paratas.

Hujus porrò Scripturæ argumentum fidem omnino facit , ejus auctorem omnium , quæ Codex hic complectitur , opérum editionem fuisse meditatum. Eandem etiam ipsum Laurentium Coccii cogitasse , disertè tradit P. Alexander Barvoëtius S. J. in Catalogo præcipiorum Auctorum Græcè MSS. qui in Bibliotheca Scorialensi asservantur , præfixo S. Cyrilli Homiliis à P. Balthasare Corderio Antuerpiæ anno MDCXLVIII. editis. In cuius pag. 31. sic ille ait : *De qua (S. Syncleticæ Vitæ) multa hinc inde fragmenta ac minutias collegit L. Coccus; adeo ut bene magnum de hac historia Volumen ausit promittere; uti et de Vita S. Demetrii; de qua simili modo, congestis hinc inde nescio quibus rapsodiis, Tomum grandem edere cogitat.*

Itaque (ut rem paucis absolvam) ex singulis de hujus Codicis operum Exscriptore , Interprete , Collectore supra dictis annotatisque consequitur:

I.º *Diogenem Paramonacium Nobilem La- cedæmoniem , Exsodalem Collegii Græco- rum S. Athanasii de Urbe , S. Demetrii Translationis Historiam è Codice Græco MS. in Bibliotheca Laurentii Coccii existente depromsisse sive exscripsisse , ac Latini- te donasse.*

II.º *Eundem Diogenem S. Syncleticæ Vitæ Fragmenta è Regio Codice MS. Escurialensi descripsisse atque in Latinum transtulisse sermonem.*

III.º *A quo ipsa S. Syncleticæ Vita exara- ta sit , minimè constare.*

IV.º *Titulos , Annotationes , Schedulas , cæteraque à nobis superiùs animadversa , Laurentii Coccii manu fuisse exarata.*

V.º *Quæcumque hoc Codice continentur opera , illius mandaru exscripta , multa etiam Latinè redditæ , omnia ejusdem stu- dio , ut in lucem prodirent , esse collec- ta ; ad hæc Photii Epistolas ipsum ha- buisse editioni paratas.*

VI.º *Eum extitisse virum litterarum maxi- mè curiosum ac diligentem , atque in an- tiquitatis , præsertim Ecclesiasticæ , doctri- na versatissimum.*

Postremò Domini Campegi , Pontificii apud Regem Catholicum Nuntii , fuisse à

se-

secretis, et Matrii vixisse anno 1645. ut patet ex ejus Indice Librorum MSS. Ecclesiæ Toletanæ, atque etiam anno 1647. quo tempore *P. Alex. Barvoëtius*, ut ex P. Balth. Corderii Præfatione constat, Matrium venit, siuumque Catalogum contexuit; ac supremum ibi diem tandem obiisse.

## XII.

Membraneus omnino, præter folia quinque chartacea membraneis substituta; in folio, foliis constans 143. non mediocriter vetustus.

Et initio et fine mutibus, *Meneum* continet à mensis Maji die XXVI. ad Augusti diem XXIV. Quæ reliqua sunt, ab his verbis incipiunt: λύσον τὸ σκότος τῆς φυχῆς μου τὸν σάλον τῶν παθῶν μου καταίνασσον; in hæc autem desinunt: τῷ περισσόντων δὲ θαυμασίοις του τῆς λάρνακος κατάρρεις χαλεπά γένεται.

## XIII.

Chartaceus, folii modo, foliis constans 175. Sæculo XV. duplii descriptus manu.

Is *Lycophronis Alexandram*, et *Isaacii Tzetzæ* in eam Commentarium, aliaque nonnulla ad utrumque pertinentia complectitur hoc ordine:

Fol. 1. Λυκόφρενος ἀλεξανδρεια (sic) τὸ καλύρενον σκοτεινὸν ποίημα. *Lycophronis Alexandra*, obscurum Poema vocatum. Incipit: Λέξο τὰ πάντα μηδεκῶς ἔμ' ισορέις, &c.

Universum Poema miniatulis glossis interscriptis *Constantinus Lascaris* illustravit; ejusque in fine talis occurrit Librarii subscriptio:

Αετός οὐλος ἀποσολίδης γέ ταῦτη τὴν δυσόπτον βίβλον εἰ κρήτη εξέχειαν οὐκ ἀνε μέρτοι γε μισθοῦ. Hoc est, *Aristobulus Apostolides* obscurum hunc librum in Creta descripsit; non tamen sine mercede.

29. Ισακίου τοῦ τζέτζου περὶ ποιηῶν ἐκ τῶν τῆς λυκόφρενος βίβλου εξηγήσεως. *Isaacii Tzetzæ de Poetis*, ex Commentario in *Lycophronis librum*. Incipit: Τοῖς ποιηπιῶν βίβλων κατάρχεσθαι μέλλουσι, &c. Unius tantummodo folii Excerptum.

29. averso. Ως ἀπὸ τῆς βίβλου λυκόφρενος λεγούσης ταῦτα. Tanquam à *Lycophronis Libro* hæc dicente: Hexastichon vide, licet ab hoc versu inciper.

Οὐκ ἀν ἐν ἡμετέροις πολυγράμποις λαβύρινθοις.

Quod in *Lycophronis editione Oxoniensi anni MDCCII. legas.*

Ibidem. Πλάτωνος εἰς σαπφά. *Platonis in Sapphonem, Distichon* scilicet incipiens: Εννέα τὰς μάνσας, &c. quod in *Anthologiae Libro I.* reperias.

30. averso. Γέρος τοῦ λυκόφρονος. *Lycophronis Genus*. Incipit: Ο λυκόφρων οὗτος τῷ μὲν γένει ἦν χαλκιδεὺς, νίος σοφοκλέους ἢ λύκου ισοριχάφου κατά πιας, &c. Hoc ipsum, prætermisso etiam Auctoris nomine, in memorata editione præfigitur.

31. averso. Sine titulo, Tetraстichon videlicet ad *Lycophronis Librum* ab *Isaacio Tzette* explanatum, ita incipiens:

Βίβλος μὲν τελέθουσα λυκόφρονος ἀσματοχάρακπον.

Quod in Editione supra laudata pariter legitur.

32. Εξηγησις ισακίου γραμματικοῦ τοῦ Τζέτζου εἰς τὸν λυκόφρονα. *Expositio Isaacii Tzetzæ Grammatici in Lycophronem*. Incipit: Λέξω τὰ πάντα μέχρι τοῦ γῆραν ἐκμιμουμένη. λέξω τὰ πάντα τούτο τὸ χῆμα καὶ ὁ ποιηπικὸς τρόπος, &c. desinit verò: μεταφορᾶς τοῦ λέποντος.

In extremo Libro Librarii manu ita subscriptum: Ξυγγάμη (leg. συγγάμη) τῷ μεταχριθῇ παύτης τῆς βίβλου οὐ γέρ πατήθησα εἰς αὐτῇ εξηγάρτηται ἀμελείᾳ τοῦ γεάφαντος γέροντος, ἀλλὰ τὰ μὲν ἀγνοίᾳ, τὰ δὲ φρωτότυπου ἀμαρτηριαφίᾳ ἐπιταιτά: \* ὁ μὲν ἐκχάρακας μισθῶ αὐτῶν κρίνεται δὲ καταβαλὼν κανονιτίνος ὁ λάσοκαρις ὁ καὶ διορθώσας. \* Id est, *Hujus Libri exscriptori detur venia*; non enim quæcunque in illo peccata sunt, scribentis negligentiā contigerunt; sed hæc ignorantia, illa mendosâ archetypi scripturâ prætervolarunt. *Antonius Cretensis* mercede exscripsit; *Constantinus* verò *Lascaris* et solvit et emendavit.

Asteriscis inclusa, sunt *Lascaris* ipsius manu exarata; cætera *Antonii Cretensis*.

Is autem *Antonius* nomen habuit *Damilas*; alias *Cretensis* dictus, quia in Creta natus altusque est; alias *Mediolanensis*, quia Mediolani diu consedit. Multos verò Codices scripsit, annis scilicet 1480. 1490. et aliis. Videsis *P. de Montfaucon in Palæogr. Gr. pag. 84. 95. et 112.*

## XIV.

Chartaceus in folio , paginarum 336. qui varios SS. Patrum asceticos Sermones, plurimas item Sententias cum è S. Scriptura , Sacrisque Canonibus , tum è profanis etiam Auctoribus excerptas et Græcè et Latinè complectitur , à Callisto quodam Hierodicono circa Sæculi XVII. dimidium exaratus , idemque ex libris Monasterii Montis Libani.

Paginis præuent folia quatuor eleganteris chartæ ac litteræ , quibus ea continentur , quæ statim recensuri sumus.

Fol. 1. Occurrit Operis Titulus Græcè et Latinè hunc in modum :

*Σύνταγμα διὰ χειρὸς τοῦ ἐμοῦ ἑλαχίσθου, καὶ ἀμαρτωλοῦ καλλίσου τάχα ἱεροδιάκονου.*

Syntagma scriptum celeri manu humilli-  
mi , et peccatoris Callisti Monachi Diaconi.

2. Sequitur eadem , qua titulus , manu exarata Scriptoris anonymi ad Lectorem Latina Præfatio , his verbis :

## „AD LECTOREM.

„Liber hic rerum asceticarum , plus  
„pietate , quam eruditione refertus , to-  
„tus miscellus est , et è veteribus Patri-  
„bus conflatus , quem conscripsit Calli-  
„stus Monachus Diaconus. Hic videtur es-  
„se Callistus ille , de quo scribit Gesne-  
„rus. *Callisti Monachi de Pulsibus , de An-*  
„*tidotis , de Emplastris , de Unguentis , de*  
„*Oleis , in Bibliotheca Regis Galliae græcè.*  
„Vel potius Callistus ille cuius meminit  
„Catalogus Codicum M. S. Bibliothecæ  
„Vaticanae. *Callisti Protheoria , liber Me-*  
„*lencæota continens sermones triginta . E Græ-*  
„*co in Latinum hunc libellum transtulit*  
„*quis Græcæ et Latinae linguae non ad-*  
„*modum peritus. In oculis tuis illum con-*  
„*stitui , eruditissime Lector , tum quia*  
„*nunquam editus , nec vulgaris est , sed*  
„*singularis ; quippe qui in nulla orbis ter-*  
„*rarum Bibliotheca extat , ut cernere est*  
„*in Catalogis M. S. Græcorum et aliorum*  
„*etiam codicum , qui in antiquis et ce-*  
„*lebrioribus Bibliothecis asservantur , col-*  
„*lectore Possevino : tum quia aliquot ve-*  
„*terum Patrum dicta , sive scripta in hoc*  
„*libello laudantur , quorum opera vel tan-*  
„*tummodo manuscripta extant , vel ad-*  
„*huc desiderantur ; quod penitus intelli-*

„ ges , si æquo animo horum Patrum Syl-  
„ labum leges , quem hic subjicio . „

2. averso. Allatam modò Præfationem excipit , eodem auctore , *Indiculus Veterum Patrum è quibus ista excerptis Callistus.* Ejus autem Syllabi loco , etsi ampla satis eruditione ornati , alium tamen operâ nostrâ concinnatum , utpote qui et plenior sit et accuratior , hic subjiciendum censuimus.

## SYLLABUS

AUCTORUM ET LIBRORUM,  
è quibus totum hoc Opus  
contextum.

*Ammona Abbas.*

*Ammun* , alias *Ammon* , Nitriensis.

*Anastasius Abbas* , nempe *Sinaita.*

*Anonymi Scriptores.*

*Antisthenes.*

*Apollo Abbas.*

*Apostolorum Canones.*

*Aristippus.*

*Aristoteles.*

*S. Athanasius* , Archiepiscopus Alexandri-  
nus.

*S. Barsanuphius.*

*S. Basilius Magnus.*

*Bias.*

*Clitarchus.*

*Demosthenes.*

*Dioptra , Liber.*

*S. Ephraem.*

*Evagrius.*

*Evangelium.*

*Geronticon , sive Geronticus Liber.*

*S. Gregorius Nyssenus.*

*S. Gregorius Theologus , sive Nazianzenus.*

*Gregorius* alias , cui non additum cognomenum.

*Jeremias Propheta.*

*S. Joannes Chrysostomus.*

*S. Joannes Damascenus.*

*Job.*

*Isaias Abbas.*

*Isaias Propheta.*

*Isidorus , vel Pelusiota , vel Alexandrinus.*

*S. Marcianus* , ut videtur , *Bethlemita.*

*Marcus* , nempe *Eremita.*

*S. Maximus.*

*Menander.*

*S. Nilus.*

*Osea.*

*S. Paulus Apostolus.*

*Petrus Damascenus, Abbas.*

*Philo Philosophus, in Historia Ecclesiastica.*

*S. Philotheus.*

*Physiologus, sive Auctor, sive Liber.*

*Psalmorum Liber.*

*Salomon.*

*Secundus Sophista.*

*Simeon, Euchaitarum Metropolita.*

*Simon Misanthropus.*

*Sirach, sive Sirachides, auctor Ecclesiastici.*

*Socrates.*

*Theodoretus.*

Titulus porrò, Præfatio et Indiculus eisdem subjectus, ut manum Italam, sic Italam auctorein præ se ferunt. Is verò de iis, quæ mox notabimus, non immerito videtur arguendus:

I.<sup>o</sup> Quod Operis titulum partim è vera ejus inscriptione, partim è Librarii, sive Exscriptoris subscriptione ad libidinem conflaverit.

II.<sup>o</sup> Quod in assignando operis Auctore parum sibi constet, secumque ipse pugnet, modò *Callistum* libri Exscriptorem esse denotans in Codicis titulo à se indito; modò Auctorem, vel Excerptorem in Præfatione atque Indiculi titulo asserens: cum id ipsum vel Callisti verbis satis superque refutetur in extremo Codice disertè profitentis Tractatum hunc manu sua fuisse absolutum.

III.<sup>o</sup> Quod in ejusdem subscriptione vocem τάχα perperam Latinè *celeri manu* sit interpretatus, quippe quæ hoc loco forte, sive *forsan* significet. Hæc autem vox τάχα á mediæ et infimæ ætatis Scriptoribus Græcis in Christianæ humilitatis argumentum præponi solet nominibus Instituti, Ordinis, Dignitatis alicujus ecclesiasticæ, puta *Mοναχός*, *Ιερομοναχός*, *Θύτης*, *Θυτόλατρος*, *Ιερεὺς*, *Επίσκοπος*, &c. ut in Codicum MSS. vel Inscriptionibus, vel Subscriptiōnibus passim observatur. Quæ quidem Græca loquendi ratio haud ineptè convenit cum Hispanis formulis: *indigno Religioso*, *indigno Sacerdote*, quas tūm religiosorum Ordinum Sodales, tūm sacerulares Presbyteri ejusmodi humilitatis exhibendæ gratiâ sive verbo, sive scripto non infre-  
quenter usurpant. Cæterūm de hujus vocis intellectu adi Cangium in *Glossar. med. et inf. Græcit. vol. II.* Verbo Τάχα, necnon P. de Montfaucon in *Biblioth. Coislin. pag. 129.*

Pag. I. Præfixâ superiori margini hac Nota: *Ἐκ τοῦ Μοναστηρίου τοῦ ὄχει Λιβάνου*, quæ Codicem hunc ad *Monasterium Montis Libani* pertinere testatur, incipit Opus ipsum in paginas digestum numeris suis notatas, easque hinc Græco textu, inde Latina interpretatione bipartitas. Habet autem universalem titulum: *Ἄγιοι Ασκηταὶ τῶν ἀγίων πατέρων διάφοροι.*, „Varii Sermones exercitatorii Sanctorum Patrum.„, quem subeunt peculiares alii longè pluri-  
mi Excerpta, Fragmenta, Opuscula sive anonyma, sive Auctorum nominibus insin-  
guita significantes, quos quidem singu-  
los ex ordine recensere non sine opportu-  
nis animadversionibus admitemur. Ipsam  
verò Latinam interpretationem, licet iden-  
tidem vel incomptam, vel minus fidam,  
in referendis tamen ejusmodi Titulis ad  
luculentius archetypæ scriptionis testimo-  
nium ubique duximus retinendam; sed  
hac uncinorum notâ „ „ distinctam, ut  
ab explanationibus nostris, annotationibus  
ve dignosci facile possit.

Ibidem. Σημῆα καὶ ἐπεργὴ μετὰ τῆς ἀγά-  
πης τοῦ θεοῦ. „, Signa et efficaces effectus di-  
„, vini amoris. „, Incipit: Η ἀγάπη τοῦ θεοῦ  
θέρμη ἐστὶ τῇ φύσει.

3. Περὶ τῶν πεόπων τῶν ἀρετῶν καὶ τῶν οὐ-  
πούπων. „, De variis modis virtutum, et  
„, illis utentium. „, Excerpta scilicet III. quo-  
rum Primum incipit: Η ἀσκησίς μήτηρ τοῦ  
ἀγιασμοῦ ἐστιν, &c. Secundum: Οὐδὲν αὐτῷ  
βούθει μοναχῷ οὐ παντὶ περιφορῷ, &c. Ter-  
tium: Οὐδεῖς γάρ ἀγαπῶν τὸν θεὸν εἴχει ὅλης  
καρδίας, &c.

7. Περὶ Ησυχίας. „, De Quietè. „, Excer-  
pta II. Primum incipit: Τοῦ ισυχάζοντος  
τὰ θεμέλια σωτῆρι, ἀγαπητᾷ, &c. Secun-  
dum: Οπλα μὲν εἰς χρόνον οἱ πατέρες τὴν φαλμα-  
δίαν.

9. Τοῦ Αββᾶ Αμμοῦ τοῦ τῆς Νιτρίας. „, Ab-  
batis Ammonis Nitriensis. „, Excerpta vi-  
delicet ascetica, sive piæ Sententiæ de Vir-  
tutibus ad Eremitas maximè spectantibus.

Primum incipit: Ο καθίμενος οὐ τῇ ἐρή-  
μῳ μὴ μετέστηε εἰσατὸν, &c. Secundum: Οἱ  
στοιχίοι τῆς ἀρετῆς τοῦ σωτῆρος, &c. Ter-  
tium: Πάντοθεν τὸν θεὸν ζητίσαμεν φανίστω,  
&c. Quartum: Ο ισυχάζων ἔχεται φίλον θεοῦ,  
&c. Quintum: Ναὸς θεοῦ ζώντος κατὰ τὴν  
φωνὴν, &c. Sextum: Η ξυραφὶς ἀγάπης, καὶ  
ταπεινώσεως, &c. Septimum: Οὐδὲ τοῖς δυ-  
ναμένοις βούθει αὐτοὺς, &c. Octavum: Φω-  
τοδόχος καὶ φωτοτόκος περισσευχὴ τοῦ θεοῦ, &c.

No-

Nonum: Μὴ θέλης ἀργὸς εἶναι, γὰρ τὸ ἄλλον, &c.

Hic *Ammon* multis donatur nominibus; namque *Ammoun*, sive *Amoun*; *Ammun*, vel *Amun*; alias *Ammona*, aut *Ammonas*, vel *Amonas*; alias *Ammon*, sive etiam *Ammonius* appellatur. Quæ verò hic ex ejus scriptis deprompta referuntur, ea minimè reperias inter ejusdem *Capita XIX. Parænetica*, sive *Ascetica*, quæ Latinè tantum prodierunt, Gerardo Vossio interprete, ad finem II. voluminis operum *S. Ephræm* cum ejusdem versione et scholiis excusorum Coloniæ apud Arnoldum Quintelium anno MDCVI. in fol.

11. Τοῦ Ἀββᾶ Ἀπολλῶ. „, Abbatis Apollo. „, Incipit: Μὴ λύε τὰς καθολικὰς ὑπερασ., &c. De catholicis nimirum, sive universalibus Jejuniis non solvendis.

Ibidem. Εὐ τῷ γερωντικῷ. „, In Senectute. „, Interpretandum erat, *In Gerontico*. Est autem *Geronticon* Liber dicta factaque SS. Monachorum complectens, iis planè similis quos Heribertus Rosweydis memorat in Prolegomenis in *Vitas Patrum*, pagg. 36. et 37. quosque in Libro VI. de iisdem, et ad easdem Appendix repræsentat. Ex ejusmodi *Gerontico* multa etiam extant Excerpta in Bibliotheca *Coisliniana*; ac longè plura in *Antonii Augustini Mitorum* Bibliotheca, quæ in Escorialensem posteā coaluit, extitere, ut patet ex illius Catalogo impresso. Diversa autem esse *Gerontica*, alia scilicet aliis uberiora, vel ex eo colligas, quod ejusdem Bibliothecæ Codice Græco 80. contineantur *Ez magno Gerontico Capita CXLIV.*

Excerptorum ergo Primum incipit: Εἴτε γέρων ἐρωπίθεις τὸν κλαίειν, &c. Secundum: Θέλεις καθέξαι (leg. καθίξειν) εἰς ἐρημού, βλέπε μή, &c. Tertium: Εάν πίστης εἰς ἀμαρτίαν, &c. Quartum: Οτε καθεζομένου σου ὁμικυκλοῦσι σου οἱ λογισμοί, &c. Quintum: Εἴπε γέρων, εάν οἶδε ὁ μοναχὸς τόπον, &c. Sextum: Οὐχ ὡς ἐξουθενῶ τὴν ἐγκράτειαν γὰρ τὸν πολιτεῖαν, &c.

14. Εὐ τῷ γεροντικῷ. „, In Senili. „, (dic. potius *In Gerontico*). Excerpta nempe tria, quorum Primum incipit: Αδελφὸς ἡρώτης τὸν ἀββᾶν ἀρσένιον, &c. Secundum: Μοναχὸς ὁ φέρων γενναῖος τὸν εἰσαχθεῖτα πειρασμὸν, &c. Tertium: Ηρώτησεν ὁ ἀββᾶς λογίνος τὸν ἀββᾶν λούκιον, &c.

15. Τοῦ Αγίου Μαξίμου. „, Sancti Maximi. „, Incipit: Οἱ ἀγαπῶν τὸν θεὸν ἀγγελικὸν

βῆσσον βίον, &c. Qualis sit Deum diligentis Vita.

Ibidem. Τοῦ ἀυτοῦ. „, Ejusdem. „, Excerptum scilicet aliud, de refrænandis Cupiditatibus, incipiens: Τὸ θυμικὸν τῆς ψυχῆς σου, &c.

16. Ex eodem Excerptum aliud, sed multò longius, quod incipit: Αδελφὸς ἡρώτης γέροντα λέγων, &c. desinitque in hæc verba: γὰρ τὰ θελήματα εμπόδια εἰσιν τῆς σωτηρίας τοῦ ἀνθρώπου.

17. Τοῦ ἀγίου Νεᾶλου. „, Sancti Nili. „, Incipit: Σπούδασον ταρσοκαρπεῖν τὴν ὑπερίαν, τὴν ἀρευπνίαν, &c. De austeriori scilicet Vita Monitum.

Ibid. Τοῦ Χρυσοτόμου. „, Chrysostomi. „, Incipit: Παρακαλῶ ἡμᾶς βιάσαι θεματά τὸν νοῦν ἡμῶν, &c. Monitum nempe de continua Oratione.

Ibid. Ex τῶν διδασκαλιῶν τοῦ ἀββᾶ Αμμονᾶ. „, Ex doctrina (dic. doctrinis) Abbatis Ammonæ. „, Incipit hoc Excerptum: Τισταρεῖς τράγυματα εἰσιν, γὰρ εἰς αὐτῶν ἔχει ὁ ἀνθρώπος, &c. desinit verò: οὐ γὰρ ἐλεημοσύνη ἐστὶν ἀγάπη. Agit de IV. scilicet Pecatis, quorum non potest hominem pœnitere, et de quibus Deus non admittit precationem.

20. Τοῦ ἀυτοῦ. „, Ejusdem. „, Incipit: Οὐκ ἔπι οὐ ἐλεημοσύνη ἀγάπη πλεῖα, &c. De Eleemosyna scilicet.

Duo hæc Abbatis *Ammons*, sive *Ammonis* Capita desumpta sunt ex ejus *Institutionibus Asceticis*, quarum Capita XXII. extant Græcè inedita in *Cesarea Vindobonenisi* Bibliotheca.

21. Τοῦ ἀυτοῦ. „, Ejusdem. „, Excerpta nimirum octo. Primum incipit: Τίρει σε αὐτὸν ἀκρίβεως ὡς θαρρῶν, &c. Secundum: Θέλεις μαθεῖν τὴν ὁδὸν ἀκρίβεως ὡς μῆτρα κέρδος, &c. Tertium: Εάν δέ πι πιθανὸν επαγεῖ, λυποῦ, &c. Quartum: Τίρει σε αὐτὸν ἀκρίβεως, ἵνα ὡς μῆτρα θάνατον, &c. Quintum: Τίρει σε αὐτὸν ἀκρίβεως, ἵνα τὸ τῶν ἀμαρτιῶν σου, &c. Sextum: Τίρει σε αὐτὸν ἀκρίβεως, ἵνα οὖν τοις ἔχεις εαυτὸν, &c. Septimum: Τίρει σε αὐτὸν ἀκρίβεως, τοῦ (sic) πάντοτε τῷροι οὐθαλμῶν ἔχειν, &c. Octavum: Τίρει σε αὐτὸν ἀκρίβεως, ἵνα ὡς δοῦλος μετὰ φόβου, &c.

His Excerptis continentur Capita I. II. III. IV. V. et VII. ex decem et novem ejusdem Abbatis Ammonis *Capitibus Paræneticis* quæ Latinè tantum à proximè laudato Gerardo Vossio vulgata sunt.

29. Τοῦ Χρυσοτόμου περὶ θεᾶς κοινωνίας.

, Chrysostomi de divina Communione.,, Excerpta nimirum duo , quorum Prius incipit : Αναγκάστοι μαθεῖν ἡμᾶς τὸ θαύμα τῶν μυστηρίων , &c. Posterius : Εν τῷ μεταξύ καὶ μέλπι ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ , &c.

30. Τοῦ Αγίου Μαξίμου .,, Sancti Maximi .,, Incipit : Η παναγία καὶ σεπτὴ τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ πατρὸς ἐπίκλησις , &c. De eadem videlicet Communione.

32. Τοῦ Αγίου Εφραίμ .,, Sancti Ephræm .,, Incipit ! Εννοθῶμδι ἀγαπητοὶ τοὺς ἐγώττας ἐνώπιον τοῦ ἐπιχείρου Σασιλέως , &c. De Eadem.

Ibid. Τοῦ Αββαῖος Ισαΐα .,, Abbatis Isaiæ .,, Excerpta duo. De eadem. Prius incipit : Εν τῇ ὥρᾳ τῆς τελεσθεῖσας αἰθίζασσος τοῖς λογισμοῖς σου , &c. Alterum verò : Δανίλη περὶ φαρμακῶν ιούδαιος , &c.

Hujus Isaiæ , sive Esiae Abbatis Capita , et Fragmenta Ascetica memorantur à Nesselio in Catalogo Bibliothecæ Vindobonensis : quæ perinde atque hæc videntur inedita.

33. Τοῦ Αγίου Νεῖλου .,, Sancti Nili .,, Incipit : Αδύνατον ἄλλως σωθῆναι τὸν πιστὸν , &c. De Sacra item Communione.

34. Τοῦ Χρυσοτόμου .,, S. Chrysostomi .,, De eadem etiam Communione Excerpta duo , quorum Prius incipit : Εἰς τὸ ἐθίσιον καὶ πίνακα ἀναξίως ἔνοχος ἔξαι , &c. Posterius : Πῶς δὲ καὶ πότε τοῖς ἀγίοις μυστηρίοις περιέναι , &c.

Ibid. Τοῦ Αγίου Μαρκιάνου .,, Sancti Marciani .,, Quomodo quis ad sacram Synaxim debeat accedere. Incipit : Ωστρὸν ὁ ιούδας μετὰ τὸ λαβεῖν τὸ ψαλτήριον , &c.

Hujus S. Marciani Bethlemitæ Institutionum Asceticarum fragmenta , unde hoc Excerptum esse videtur , in supra dicto Catalogo Bibliothecæ Vindobonensis , Parte I. Codice LXXXIV. referuntur.

35. Ιωάννου τοῦ Δαμασκίνου .,, Joannis Damasceni .,, Incipit : Γίνεται τοῖς πίστοις μεταλλαγμένους ἀξιῶς εἰς ἀφεσιν ἀμαρτῶν , &c. Excerptum scilicet de modo quo quis debeat ad sacram Synaxim accedere.

36. Τοῦ Χρυσοτόμου .,, Chrysostomi .,, De eadem administranda morti proximis , siue ex hac vita migraturis. Incipit : Οποὺς μέλλοντας ἐθεύτεντες ἀπείρεν , &c.

Ibidem. Τοῦ Αγίου Βαρσανούφιου .,, Sancti Barsanufii .,, De eadem sacra Synaxi Excerpta tria. Primum incipit : Εἰσερχόμενος εἰς τὰ ἄγια ἔχει ἀδιτάκτος ὅπι σῶμα καὶ αἷμα , &c. Secundum : Οταν τῶν θεῶν καὶ ἀρχέστων μυστηρίων Χοῦ. &c. Tertiū : Οἱ

τῆς θεᾶς ποιησίας ἱξιωμένοι , μὴ ἀμερικεῖτοσαν.

Hujus S. Barsanuphii Ascetica varia recensentur in suprà memoratæ Bibliothecæ Catalogo , quæ nondum in lucem prodicere.

38. Ex τῆς διόπτρας .,, Ex Dioptra .,, Incipit : Οπι ἀφεροῦνται τὸ ἄγιον Κάπισμα οἱ διχοτομιζόντες σὺν τῇ ἀνατάσσει , καθὼς ὁ κύριος ἔφη .,, Quod tollunt sanctum Baptisma qui , in duas partes dividuntur in resurrectione , sicut Dominus dixit .,,

Mox subsequuntur in hunc et alios bene multos Sacræ Scripturæ textus , SS. Patrum , videlicet Chrysostomi , Theodoreti , Isidoris , Basiliī Magni , Gregorii Nazianzeni et Maximī Scholia. Quæ quidem omnia ex eadem Dioptra videntur esse decerpta. At quanam ex Dioptra ? duæ siquidem extare traduntur : altera Simeoni Metaphraste ab Antonio Verderio in Catalogo MSS. attributa ; altera Philippi Solitarii , quæ et manu scripta in Bibliothecis compluribus asservatur , et typis impressa , Jacobo Pontano interprete , prodiit Ingolstadii anno 1604. in 4.º Certè Dioptra , unde superiùs memorata depromta sunt , alia sanè est ab hac posteriori , utpote quæ nec versibus sit conscripta , nec in dialogi morem digesta. Quod ad priorem Metaphrastæ Dioptram attinet , consentiat cum illa , necne , affirmare nullo pacto possumus , quippe quam nobis videre minimè contigerit.

Primum autem ex SS. Patrum Scholiis est S. Joannis Chrysostomi , ad textum scilicet supra relatum , quod incipit : Οἱ τοίνυν σφαιροθέντες τῷ πνεύματι τῷ ἀγίῳ εἰς ἡμέραν ἀπολυτεσσας , &c. Postremum denique omnium est S. Basilii Magni ad textum illum : Φεύγε ἐκεῖθεν ὁ δαυιδ ὥρὸς ἀγχοῦ βασιλέα ; idque habet hoc initium : Εν μὲν τῇ ἐπιχειρῇ τοῦ λγ. φαλμοῦ ἀβιμέλεχ ὄνομάζεται , &c. hunc verò finem : ἄλλα δὲ τὰ μέντα αὐτῶν κεκτημένους ὄνόματα καὶ παρείχυπτοις τῷ φαρεῳ ὄνόματι . (leg. τὸ φαρεῳ ὄνομα).

Singulis autem SS. Patrum hujusmodi Scholiis non diutiùs immorandum ob nimiam eorum brevitatem censuimus.

52. Τοῦ Αγίου Φιλοθέου Λόγου ὥρῃ τῶν ἐντολῶν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἵσσοῦ χῦ. Οπι τῇ τῆς τερδίας φυλακῇ συμφιλάπονται καὶ αἱ θεῖαι ἐντολαὶ τοῦ χῦ .,, Sancti Philothei Sermo , de præceptis Domini nostri Jesu Christi .,, Quod custodia cordis servantur divina

,, præ-

,, præcepta Christi. „ Incipit : Ο κύριος ἵνατος ἡγίετος ἢ τοῦ αἰδίου πατέρος συνημμένος δύναμις, &c. Desinit : μάλιστά γέ εἰ- φια καὶ δύναμις, &c. De Puritate. „ Ejusdem scilicet Philothei. Incipit : Ως αὕτη ἀγγεία (leg. ἀγγείας) μητεία καὶ ἀγεντιά καὶ ἄσκησις πήνθος οἰκείας ψυχῆς, &c. Desinit : Οπις πάσαν αἱ ἐντολαὶ σου μελέτη μου καὶ αἱ ὁδοί μου ἐναντίον σου κύρε. ᾧ ή δόξα εἰς τοὺς αἰώνας. ἀμήν.

60. Τοῦ αὐτοῦ λόγος γ. „ Ejusdem Sermo tertius. „ Incipit : Μὴ δίδοτε τὰ ἄγα τοῖς κυσίν ὁ τοίνυν κατὰ διάνοιαν μυθεῖς, &c. Desinit : καὶ ἀεὶ νύφων δύναται διὰ τὸν τοῦ θεοῦ χάριν πᾶσαν ἐντολὴν δεσμοποιὸν διαφέρει. ᾧ ή δόξα εἰς τοὺς αἰώνας. ἀμήν.

63. Τοῦ αὐτοῦ λόγος τέταρτος. „ Ejusdem „ Sermo quartus. „ Incipit : Τί δὲ ή γένα καὶ ἀγία (sic) δεκάλογος τοῦ κυρίου ἡμῶν ἱν. χ. Desinit : Εν τῇ ἀπεράτῳ καὶ ἀειδίῳ καὶ μακε-ριᾳ ζωῆς ἡ χ. ἵνατος τῷ κυρίῳ ἡμῶν. ᾧ ή δόξα εἰς τοὺς αἰώνας. ἀμήν.

Omnia hæc Philothei in quatuor tributa Sermones, unus tantum Sermo est, qui in Petri Possini *Thesauro Ascetico*, Tolosæ anno MDCLXXXIII. excuso, pag. 326. occurrit; neque tamen is hoc in Codice integer, quippe cui sub fine desunt quæ in opere excuso leguntur à pagina 338. his verbis : Θεὶς τοιχαροῦν, &c. ad ejusdem Sermonis extremum.

68. Επιστολὴ Συμεώνος μητροπολίτου εὐχαριστῶν ἀρός πνευματικὸν ἔγκλειστον. „ Epistola „ Simeonis Metropolitæ Euchitarum ad „ quendam Monachum. „ (Adde *inclusum*) Incipit : Τρία μέρη λέγουσιν οἱ πατέρες ἔχειν τὸν λογικὸν ἡμῶν ψυχὴν, &c. Desinit : καὶ πᾶν ἐπερχόμενον τοιχαροῦντος ἵνα τοῦ πόθου μονού (leg. πόθουμένου) μὴ ἀποτύχωσιν.

73. Τοῦ αὐτοῦ. „ Ejusdem. „ Altera scilicet ad eundem Monachum Epistola, quæ incipit : Καὶ οὐ δὲ πάτερ πνευματικὲ ἐπει τῇ ἀναθεψι δυναμοθεῖς χάρετι πατέρος τοῦ κόσμου γένος ὃν κατεφρόνισαν, &c. desinit vero : καὶ τότε λέγεται ὅπι ἀγέλοι διδύλοι εσμέν. ᾧ ή δόξα εἰς τοὺς αἰώνας. ἀμήν.

Posterior hæc Epistola eadem planè est cuius Leo Allatius in *Diatriba de Simeonum Scriptis* meminit; eadem enim verba quæ is ex illa ibidem affert, hic quoque legas; at nonnullis initio verbis deficit, ut ex ipsius initio quod ab Allatio adducitur, colligere est. Cæterū manu

scripta duntaxat extare ab eodem memo- ratur.

77. Τοῦ αὐτοῦ λόγος κ. „ Ejusdem. „ (Sermo XX.). Incipit : Πᾶσαν ἀσπονιν ἢν ἀν ποιεῖς κρυπτῶς ταῦτα ἐργάζους καὶ διὰ τὸν θεὸν ταῦτα ποίει, &c. Desinit : οἱ γὰρ ποιοῦσι ἀπέχουσι τὸν μαθὴν αὐτῶν, φονοὶ ὁ κύριος, καὶ διὰ τῶν σωματικῶν ἀρετῶν οἰκοδομοῦσι τὰς ψυχάς.

81. Τοῦ αὐτοῦ λόγος. „ Ejusdem Sermo. „ Incipit : Τοὺς σπανδαλιζόμενος εἰς σὲ, καὶ ντε μοναχοῖς εἰσιν, καὶ ντε μὴν, παντοῖς θεράπευε καὶ μὴ κατάκρινε αὐτοὺς ὡς πλάγιας, &c. Desinit : ὥσπερ οἱ δικαστὴι τοὺς ἐν κόσμῳ ματίζονται.

85. Τοῦ αὐτοῦ. „ Ejusdem. „ Incipit : Εἰ πολλάκις ἐνοχλεῖσι οἱ λογισμὸς οὐ καλὸς τῷ (leg. τῷ) θαρρεῖς καὶ πιεύσις ὀφελεῖ-σθνα, Desinit : σωτηρία δὲ παρέχει ἐν πολλῇ βουλῇ.

86. Τοῦ αὐτοῦ. „ Ejusdem. „ Incipit : Ταῦτα μὲν αὐτὸς καθ' εαυτὸν ἐν ταῖς πεισίν ἑτέροις τῆς ἀστοχίας πολυτραγυμόνει, &c. Desinit : σὲ δὲ κύριος ὁ θεὸς σπεπέσῃ ἀπὸ πάσους ἀσφατοῦ καὶ ὀρετῆς κακώσεως καὶ ἐνυχύσῃ εἰς τὸ ἄγιον αὐτοῦ θέλημα. ᾧ ή δόξα εἰς τοὺς αἰώνας. ἀμήν.

Quatuor hi Sermones non multi sunt, sed unius tantum Sermonis, ut videntur, membra. De his vero, utcunque se habent, nihil laudatus suprà Allatius in *Diatriba de Simeonum Scriptis*, nihil Fabricius in *Bibliotheca Græca*: quare ineditos putem.

92. Τοῦ Αββᾶ Πέτρου τοῦ Δαμασκηνοῦ, „ Abbatis Petri Damasceni. „ Incipit : Ο βουλόμενος ἀπάντων τῶν παθῶν ἐλευθερωθῆναι ὄφειλει ἀδιαλεῖπτος παραμένειν τῷ θεῷ, &c. Desinit : καὶ εἰρίνην χαρίζηται ὥσπερ τῶν θυ-ρῶν κεκλεισμένων τοῖς ἀποφόλοις.

321. VI. Παραβολὴ τοῦ ἀσπισθόντος εἰς τοὺς ληστάς. Εἴπει ὁ κύριος ἀνθρώπος τις κατέβανεν ἀπὸ ιερουσαλήμ εἰς ιεριχώ. „, Parabola de eo qui incidit in latrones. Dixit Dominus: vir quidam descendebat de Ierusalem in Iericho., (Ex Lucæ Cap. X. v. 30.)

Ερώτ. „, Int. „, (sive potius Expositio; atque ita est intelligendum ubique cæteris Parabolis subjicitur vox Ερώτησις). Incipit: Τὶς ὁ ἀνθρώπος; ὁ ἀδάμ. Τὶς ιερουσαλήμ; ὁ παράδεισος. Desinit: δῆλον ὅτι σὺ τῇ δευτέρᾳ παρευσόσ.

Hujus Paraboles interpretatio, si sententiam, non verba species, cum D. Athanasii Parabolārum Evangelii Interpretatione XV. ferè consentit; licet hæc illâ multo fusiōr.

322. VII. Επ-

322. VII. Ετέρη παραβολή. Ωμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθράπω βασιλεῖ, ὃς ἐπείπει γάμους τῷ νῦν ἀντοῦ. „, Alia Parabola. Simile est regnum cœlorum viro regi qui fecit nuptias filio suo. „, (Ex Matthæi nimirum Cap. XXII. v. 2.)

Ερώτ. „, Int. „, Incipit: Τίς ὁ βασιλεὺς; ὁ θεός. Τίς ὁ νύός; ὁ σαρκοθεὸς λόγος τοῦ θεοῦ.

Hæc Interpretatio, quod ad sententiam, non vero quod ad verba, ferè convenit, quamvis aliquanto longior, cum ejusdem Athanasii Parabolarum Evangelii Interpretatione IX.

Ibidein. VII. Ετέρη παραβολή. Ωμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐχεῖ. „, Alia Parabola. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro. „, (Ex Matthæi Cap. XIII. v. 44.)

Ερώτ. „, Int. „, Incipit: Τίς ὁ θεοσαυρός; ὁ Χρ. Τίς ὁ ἀρχός; ἵστοφ ὁ τέκτων καὶ ἱκολούθησε τον κύριον ἐν αἰγύπτῳ. In fine interpretatio- nis Latinæ è regione positæ subscriptum: hoc loco aliquid deficere videtur.

323. IX. Ετέρη παραβολή. Ωμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν γυνῇ ἥπις εἴχει (sic) δραχ- μὰς δέκα „, Alia Parabola. Simile est re- gnum cœlorum mulieri habenti decem drachmas. „, (Ex Lucæ Cap. XV. v. 8.)

Ερώτ. „, Int. „, Incipit: Τίς ἡ γυνὴ; ἡ ἐκ- κλησία. Τίνες αἱ δραχμαὶ; ἄγγελοι, ἀρχάγ- γελοι.

X. Ετέρη παραβολή. Ωμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθράπω ἐμπόρῳ. „, Alia Parabola. Simile est regnum cœlorum homi- ni mercatori. „, (Ex Matthæi Cap. XIII. v. 45.)

Ερώτ. „, Int. „, Incipit: Τίς ὁ μαργαρί- τος; ὁ ἀριτός. Brevissima scilicet interpreta- tio.

XI. Ετέρη παραβολή. Αὐθρωπός πι πλούσιος προσκαλεσάμενος τοὺς δούλους. „, Alia Para- bola. Vir quidam dives vocans servos suos. „, (Ex Matthæi Cap. XXV. v. 14.)

Ερώτ. „, Int. „, Incipit: Τίς ὁ τὰ πέντε λαβάν; οἱ ἀποστόλοι.

324. XII. Άλλη παραβολή. Ωμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν δέκα παρθένοις. „, Alia Parabola. Simile est regnum cœlorum de- cem virginibus. „, (Ex Matthæi Cap. XXV. v. 1.)

Ερώτ. „, Int. „, Incipit: Τίνες αἱ φρόνοιμοι; πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, μακροθυμία, &c. De- sinit: Τίνες οἱ συνελθόντες μετὰ τοῦ νυμφίου; οἱ ἐλεήμονες.

XIII. Ετέρη παραβολή. Εἶπεν ὁ κύριος τῷ

πέπει, Ὕπαγε βάλε ἄγγυτρον. „, Alia Parabo- la. Dixit Dominus Petro, vade, ejice ha- num. (Ex Matth. Cap. XVII. v. 27.)

Ερώτ. „, Int. „, Incipit: Τίς ἡ θάλασσα; ὁ κόσμος. Τί τὸ ἄγγυτρον; ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. Hujus quidem Parabolæ interpretatio penè eadem est, quæ Athanasii supra laudati X. a numeratur.

325. XIV. Ετέρη παραβολή. Εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἀντοῦ μαθητοῖς ἀπελθετε εἰς τὴν ἀπεγα- πη κάμην. Alia Parabola. Dixit Dominus „, discipulis suis: accedite ad proximum ca- stellum. „, (Ex Matthæi Cap. XXI. v. 2.)

Ερώτ. „, Int. „, Incipit: Τίς ἡ κάμη; ὁ κό- σμος. Τίς ὁ ὄνος; Hujus Parabolæ Interpretatio eadem fere est ac S. Athanasii V. a licet hæc illâ aliquantò uberior.

XV. Ετέρη παραβολή. Εἶπεν ὁ κύριος οὐ δὲ βάλλει οἶνον νεόν. „, Alia Parabola. Dixit Do- minus: non oportet ponere vinum novum. „, (Ex Marci Cap. II. v. 22.)

Ερώτ. „, Int. „, Incipit: Τίνες οἱ ἀσκοὶ πα- λαιοί; οἱ ιουδαῖοι.

326. XVI. Ετέρη παραβολή. Δύο ἀλιθουσαι ἐν τῷ μαλῶν. „, Alia Parabola. Duæ mo- lientes in molendino. „, (Ex Matthæi Cap. XXIV. v. 41.)

Ερώτ. „, Int. „, Incipit: Τίνες αἱ δύο; ψυ- χὴ καὶ τὸ σῶμα. Τίς ὁ μύλων;

XVII. Ετέρη παραβολή. Αὐθρωπός πι πλού- σιος εἴχει οἰκονόμον. „, Alia Parabola. Vir qui- dam dives habebat gubernatorem. (Ex Lucæ Cap. XVI. v. 1.)

Ερώτ. „, Int. „, Incipit: Τίς ὁ πλούσιος ἀν- θρωπός; ὁ θεός.

XVIII. Ετέρη παραβολή. Εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἀντοῦ μαθητοῖς ὡμῆς ἔφε τὸ ἄλας τῆς γῆς. „, Alia Parabola. Dixit Dominus: vos estis sal terræ. „, (Ex Matthæi Cap. V. v. 13.)

Continenter sine titulo subsequitur hu- jus Paraboles Interpretatio, ita inciens: γὴ λέγει τὸν ἀνθρωπὸν, ἄλα δὲ τὴν πίσιν.

Quas hactenus recensuimus XVII. Parabolarum Evangelii Expositiones per Interrogationes et Responsa, si VI. et VII. Parabolæ Interpretationes excipias, ea nul- lo modo consentiunt cum S. Athanasii Archiepiscopi Alexandrini Dictis et Interpretationibus Parabolarum Evangelii in memoratâ ejusdem Operum Editione con- tentis.

327. Subeunt aliæ sine auctoris nomine Quæstiones, præsertim Physicæ et Chrono- logicæ, ad S. Scripturam spectantes, hoc or- dine, his verbis:

I. Ερώτ. Τὰ ἀρταὶ ἔχοντι θεμέλιον; „, Int. Stellae habent fundamentum? „,

Απόκ. Ναὶ κατὰ τὸ ἐπεῖν τὸν περφίτην σελήνην καὶ ἀστέρας ἡ σὺ θεμελίωσας. „, Resp.

„ Utique, secundum quod dixit Propheta: Lunam et Stellas que tu fundasti. „,

II. Ερώτ. Ο ἥλιος ἔχει θεμέλιον; „, Int. Sol habet fundamentum? „,

Απόκ. Οὐχι· ἀλλ’ ἀπὸ ἐπτά ἀγγέλων ὁδηγούμενος τε χει κατὰ τὸ ἐπεῖν τὸν περφίτην ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος καὶ συνήχθησεν. „, Resp.

„ Nequaquam; sed à septem angelis du-

ctus currit, secundum quod dicit Pro-

pheta: Ortus est sol. „, (adde et occidit).

III. Ερώτ. Ο ἄνεμος πόθεν ἔρχεται; „, Int.

„ Unde egreditur ventus? „,

Απόκ. Απὸ τῆς γῆς κατὰ τὸν λέγοντα· ἀνά-

γων γεφέλας ἔχει ἀστάτου τῆς γῆς. „, Resp.

„ terra secundum dicentem: educens nebu-

„ las ex finibus terrae. „,

IV. Ερώτ. Πόσα ἔτη παρήλθον ἀπὸ τοῦ ἀδάμ

εἰς τοῦ κατακλεισμοῦ; „, Int. Quot anni

„ transierunt ab Adam usque ad dilu-

„ vium? „,

Απόκ. Επι διχίλια. „, Resp. Duo mil-

lia et sexaginta duo. „,

V. Ερώτ. Πόσων ἔτων ἦτον (leg. ἦν) ὁ νῶς

εἰπὶ τὸν κατακλεισμὸν; „, Int. Quot anno-

rum erat Noe super diluvium? „,

Απόκ. Ετῶν .φ. Καὶ τὶς περσήγαγεν τῷ

θεῷ θυσίαν ἀρὸ τοῦ κατακλεισμοῦ; Αἴσι. Καὶ

μετὰ τὸν κατακλεισμὸν; νῶς. „, Resp. quin-

„ gentorum. Quis obtulit sacrificium Deo

„ ante diluvium? Abel. Et post diluvium?

„ Noe. „,

VI. Ερώτ. Τί ἐστιν, ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέ-

τειλεν καὶ ἡ δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψε;

„, Int. Quid significat: veritas de terra or-

„ ta est, et justitia de cælo prospexit? „,

Απόκ. Ο χρ. ἐκ τῆς παρθένου ἔγεννήθη, καὶ

ἡλικίευσεν ὁ περφίτης δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρα-

νοῦ διέκυψεν, καὶ ὁ ἀτὴρ ὁδηγῶν τοὺς μάγους, καὶ

οἱ ἄγγελοι ὑμνοῦν τὸν κύριον. „, Resp. Chris-

„ tis natus est de virgine, et verum di-

„ xit propheta: et Justitia de cælo des-

„ cendit; stella ducente magos, angeli lau-

„ dabant dominum. „,

Nihil harum Interrogationum, Responsionumve, sive inter Athanasii *ex Veteri Testamento Interpretationes*, sive inter Theodoreti *Quæstiones in Genesim* à nobis reperatum.

328. Huc accedunt breves duorum è Psalmis locorum Interpretationes. Prior quidem è *Psalmi LXXIII. vers. 20.* petitus,

cujus hæc verba: Κύριε ἐν τῇ πόλει σου τὸν εἰκόνα αὐτῶν ἔχουσιντες, habet interpretationem hoc initio: Πόλις θεοῦ ἐπι-εγνωσαντίμ, ἔχουσιντες δὲ οἱ ιουδαῖοι οἱ ἐκδιωχθεῖτες ἀπ’ αὐτῶν.

Posterior verò è *Psalmi LXXIV. vers. partim 17., partim 18.* his constans verbis: Θεός καὶ ἔαρ σὺ ἐπλασας (in excusis ἐποίησας) αὐτὰ μητέπι ταῦτα, interpretationem exhibet tali exordio: Ενταῦθα θέρες λέγει τὸ γῆρας ἔαρ δὲ λέγει τὸν νεότητα. At unde Interpretationes hujusmodi de promtæ sint, etiam incertum.

329. Subeunt nonnulla ex *Physiologo Excerpta*, quæ cum Libello cognomine inter S. Epiphani Scripta edito diligenter contulimus.

Ac primū quidem occurrit Caput hac inscriptione: Περὶ φυσιολογίαν. περὶ ἔχιδνας. „, De Physiologia. De Vipera „, hoc initio: Ο φυσιολόγος ἔλεξεν περὶ ἔχιδνας. Ad oram verò libri alia manu ab eâ quæ Græcum contextum et Latinam interpretationem exscripsit, annotatum est: *Ex Epiphanio* videntur hæc desumpta. Conferre ergo poteris cum *Physiologo Epiphani*. Sed cum de *Vipera* ne verbum quidem apud Epiphanium legas, non ab re fuerit totum hoc Caput, tanquam ineditum, hic transcribere.

Περὶ φυσιολογίαν. περὶ ἔχιδνας.

Ο φυσιολόγος ἔλεξεν περὶ ἔχιδνας ὅταν ἀρχεται: συγγίνεσθαι τῇ θηλείᾳ, ἀποθητάκις οὖν ὑπάγει καὶ ἔχερχεται ἀρὸ τὸν θηλεῖαν, ὅταν ἀρχει συγγίνεσθαι τῇ θηλείᾳ, εἰς τὸ σόμα αὐτῆς συγγίνεται, καὶ η θηλεία καταπίνουσα τὸν γόνον, κόπτει τὰ ἀναγκάδα αὐτοῦ, γιώσκει οὖν ὅπερι συγγίνεται τῇ θηλείᾳ, ἀποθηκευτέον οὖν μὴ δυνάμενος καταχεῖν εαυτὸν, συγγίνεται αὐτῇ καὶ ἀποθηκευτεῖ, η οὖν θηλεία οὐκ ἔχει κάλπον ἵνα βασάζῃ ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς τὰ γεννήματα· ἐν τῇ οὖν (adde ὅταν) αὐτῆς οὐ τὰ τέκνα αὐτῆς ἐν τῇ κοιλίᾳ, ἀναπλάσονται τὴν πλευρὰν αὐτῆς, καὶ ἔχερχονται καὶ ἀποκτείνουσιν αὐτὴν. παραπλάσαι οὖν εἰσὶν καὶ μιτσαλώματα.

Ερμ. Παρεπλησίασον οὖν τὸν φαρισαϊόν τη ἔχιδνη, ὅπερι τὸν τρόπον η ἔχιδνα ἀποκτείνει τὸν πατέρα καὶ τὴν μιτέρα, οὔποτε καὶ οἱ φαρισαϊοὶ ἀπέκτειναν τὸν νοερὸν αὐτῶν πατέρας, τὸν σπέτηρα ἱμῶν ἴσον τὸν χρ. καὶ τὴν σκληρούσιαν. πῶς οὖν φύγων (leg. φεύγουσιν) ἀπὸ τῆς μελλούσης ὄργης; καὶ οἱ μὲν πατέρες καὶ οἱ μάτηρες ζῶσιν εἰς τὸν αἰώνας, αὐτοὶ δὲ τεθνήσκοτεν.

„, De Physiologia. De Vipera.

„, Physiologus dicit de vipera quod, quan-

do

„ do incipit coire cum fœmina , mori-  
„ tur ; multoties enim ad fœminam acce-  
„ dit , et quando incipit coire cum fœmi-  
„ na , ad os ejus appropinquat . et fœmi-  
„ na absorbens fœtum ( dic. *semen* ) , ejus  
„ necessaria abscindit ; cognoscit enim  
„ quod si approximetur fœminæ , moritur.  
„ ultimo tandem non potens eum (*se*) re-  
„ tinere , approximatur illi , et moritur.  
„ fœmina enim non habet vulvam ut por-  
„ tet in utero ejus (*suum*) fœtum . quan-  
„ do igitur crescunt filii ejus , perforant la-  
„ tus ejus , et egrediuntur , et interficiunt  
„ illam . Patricidæ igitur fuerunt et matri-  
„ cidæ . „

„ Interpretatio . Assimilare ( dic. *Assimi-*  
„ *la* ) igitur Pharisæos viperæ ; nam quo-  
„ modo viperæ interficit patrem et ma-  
„ trem , sic Pharisæi interfecerunt suos  
„ spirituales patres , salvatorem nostrum  
„ Christum Jesum , et ecclesiam . Quomo-  
„ do igitur fugient à futura ira ? pater et  
„ mater vivunt in æternum , hi verò mo-  
„ riuntur . „

Transcriptum hactenus Caput ex iis for-  
sitam censendum sit , quæ *Consalvus Pon-*  
*ce de Leon Hispalensis* , primus Physiologi et  
Interpres et Scholiastes , quod miserè essent  
depravata , omisisse testatur in Præfatio-  
ne , temporum et librariorum injuriam ibi  
graviter conquerens , quæ si quod unquam  
aliud , adeo lacerum ac plagosum opusculum  
hoc reddiderunt , ut in persanandis ejus vul-  
neribus ope Pæoniae manus opus esse , rectè  
quis existimare possit .

330. Περὶ ὄφεως . „ De Serpente . „ Inci-  
pit : Οὐ κύριος ἔλεξεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ , γίνεσθε  
οὖν φρόνιμοι ὅσιοι ὄφεις . Hoc nimis est ejusdem  
Physiologi de Serpente *Caput XIII.*

Ἐτέρα φύσις τοῦ ὄφεως . „ Alia natura . „  
(Serpentis) . Incipit : Οταν ἔλθῃ ὁ ὄφης πιάν .  
Hoc est ejusdem de Serpente *Caput XVI.*

Ἐτέρα φύσις τοῦ ὄφεως . „ Alia natura . „  
(Serpentis) . Incipit : Οταν ἴδῃ τὸν ἀθραπόν  
γύμνον , φεύγαιται . Ejusdem scilicet de Ser-  
pente *Caput XIV.*

Ἐτέρα φύσις τοῦ ὄφεως . „ Alia natura . „  
(Serpentis) . Incipit : Οταν ἐπῆλθεν αὐτῷ ὁ  
ἀθραπός θέλων αὐτὸν ἀποκτεῖναι . Ejusdem  
*Caput XV.*

Quatuor hæc de Serpente Capita , ab iis  
si verba , non sententiam , spectes , maxi-  
mè differunt , quæ apud Epiphanius ex-  
tant , iisque passim uberiora sunt .

Περὶ τῆς μύρμηκος . „ φύσις . „ De Formi-

ca . „ ( I. Natura ) . Incipit : Σαλομὴν ἐν ταῖς  
παρομιαῖς εἰπεν , ἵθι τῷρος τὸν μύρμηκον . Hoc  
est ejusdem Physiologi de Formica *Caput XVII.* sed Msta. discrepant ab impressis  
aliquantū , iisque latius patent .

333. Hac pagina et insequentibus us-  
que ad 336. miscellaneæ occurunt Sen-  
tentiae XXIV. cùm ex S. Scripturâ , vide-  
licet ex *Job* , *Salomone* , *Sirachide* , *Paulo* ,  
*Jacobo*que Apostolis , tūm è SS. Patribus ,  
nempe *Basilio* et *Gregorio Nazianzeno* , tūm  
denique è Philosophis aliisque profanis  
Auctoribus , puta *Socrate* , *Biant* , *Aristotele* ,  
*Aristippo* , *Simone Misanthropo* , *Antisthene* ,  
*Menandro* , *Clitarcho* , *Evagrio* de-  
promtæ , quas , tanquam vulgatas , adeo-  
que ad exquisitam eruditionem parum fa-  
cientes , prætermittendas hîc omnino du-  
xiimus .

336. Τοῦ σόφου σεκουαδίου . (sic) Περὶ κόσ-  
μου . „ Docti Secundi (Secundi) De mundo . „  
Exadversum eadem manu , qua interpre-  
tatio Latina , exaratum est : *De hoc auctore*  
*Vid. Phot. in Bibliotheca* . Incipit verò : Τί  
ἐστι κόσμος ; ἀγετάληπτος πειροχή .

Περὶ τοῦ ὄκεανοῦ . De Oceano , ejusdem  
Secundi. Incipit : Τί ἐστι ὄκεανός ; κόσμου ἐναγ-  
κάλισμα , θαλάσσιων σεφάνωμα .

Περὶ θεοῦ . De Deo. Ejusdem. Incipit : Τί  
ἐστι θεός ; ιδιόπλαστος ἀγαθός . Desinit : Ξέπημα  
ἀθέατος .

Tres hujusmodi Secundi , Atheniensis So-  
phistæ , Sententiæ inter eas primo loco  
apparent , quas à Luca Holstenio Græcè  
et Latinè vulgatas , Jo : Albertus Fabricius  
Bibliothecæ Græcæ vol. XIII. pag. 564. in-  
seruit ; illis verò , si paucula excipias MS.  
Codicis menda , plane consentiunt .

In ultima atque extrema hujus Codicis  
pagina , sive in fine Interpretationis Latini-  
na Græco textui adversæ , hoc ipsius Interpre-  
tis manu legitur annotatum : *Reliq-*  
*uae quatuor pagella hujus libelli non viden-*  
*tur posse traduci , deficiunt enim pagella*  
*quædam : has vero descriptiones docti Secun-*  
*dii , ut est illa , quam de mundo è græco in*  
*latinum transtuli , sunt parvi momenti ; et*  
*propterea illas non traduxi : Reliqua omnia*  
*sunt traducta .*

Præter harum paginarum defectum , plu-  
res alios in cætero Codice offendas , ab  
ipso Interpretæ ad marginem annotatos:  
ex quo sane conficitur , Archetypum Græ-  
cum , unde Liber hic transcriptus est , lo-  
cis aliquot suisse mutatum .

Omnium postremò ipsius Interpretis manu, qui totam versionem Latinam hoc Codice contentam exaravit, habes subscriptionem his verbis: Τελιόθη τὸ παρὸν σύνταγμα διὰ χειρὸς τοῦ ἐμοῦ τοῦ ἑλαχίσθου καὶ ἀμαρτωλοῦ Καλλίσου τάχος ἱεροδιακόνου. Quod Latinè sonat: *Absolutum est præsens opus manu à me minimo et peccatore Callisto, forsitan Hierodiacono.*

Hoc autem loco animadvertisendum est, Subscribentis manum eandem prorsus esse, quæ memoratam Codici præfixit Notam: Ex τῷ Μοναστηρίου τοῦ ὄπου λέγουν et ab ea omnino diversam, quæ Græcum operis contextum exaravit.

Ingenuè demum fatebimur non omnino liquere, an idem extiterit operis Exscriptor et Interpres. Utcunque tamen res habet; quisquis sive transcripsit, sive transtulit, *Græca et Latinae linguae* (ut à Præfationis auctore jam præmonitum) *non admodum peritus fuit*. Omnia enimverò mendis adeò scatent, ut penè singula quæ adduximus loca, à spirituum, accentuum, vocabulorum erroribus purganda fuerint atque emaculanda. Quare nihil profectò mirum, siquid mendi, siquid erroris nostram vel oculorum, vel mentis aciem fuderit.

## XV.

Chartaceus in folio, constans foliis 125. Sæculo, ut videtur, XV. partim ineunte, partim inclinante, triplici manu, minutis plerusque litterulis descriptus, idemque emendatissimus.

Eo continentur Aristotelis Physicæ Auscultationis, Dialecticæ, seu Topicorum Epitome ac Metaphrasis, incerto Auctore; tūm ejus Categoriarum, Liber de Interpretatione, et Analytica Priora cum Scholiis, aliaque ad ipsum pertinentia, quæ hoc Foliorum ac Titulorum ordine digesta legas.

Fol. 1. Επιπομὴ τῶν εἰρημένων τῷ ἀειδοτέλει ἢ τῇ φυσικῇ ἀκροσει, ἢ οἷς καὶ λόγοι, παρὰ τῶν ἀγίων γραφῶν ἐρανισθέντες. Epitome dictorum ab Aristotele in *Physica Auscultatione*, in quibus etiam Sermones à Sanctis Scriptoribus collecti.

Hæc Epitome VIII. Capitibus constat, quorum primum περὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν καὶ αἰτίων, de naturalibus nimirum Principiis et Causis, incipit: Πᾶν τὸ ἀπόν, καὶ ἀρχὴ οὐ πᾶσα δὲ ἀρχὴ ἔδικτη καὶ ἀπόν.

Eod. averso. καὶ β. περὶ αἰτίων καὶ αἰτιῶν. ἢν δὲ καὶ περὶ τύχης καὶ αὐτομάτη. Caput II. De Causis et Causatis, in quo etiam de Fortuna et Casu. Incipit: Τῶν αἰτίων καὶ αἰτιῶν, τὰ μὲν εἰσι καθ' ἑαυτὰ, τὰ δὲ κατὰ συμβεβηκός.

Ibidem. Περὶ κινήσεως καὶ ἡρεμίας. ἢν δὲ καὶ περὶ σύτελεσίας καὶ τοῦ δυνάμει καὶ σύνεργεια. καὶ γ. De Motu et Quietè, in quo etiam de Actu, ac de eo quod existit potentia et vis, Cap. III. Incipit: Κίνοις ἔστιν ἢ τοῦ δυνάμει ὄντος σύτελεσία.

3. Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς: καὶ δ. De Generatione et Corruptione. Caput IV. Incipit: Η γένεσις καὶ ἡ φθορά, κινήσεις οὐκ ἐστι κινήσις, ἀλλὰ μόνον μεταβολὴ.

3. averso. Περὶ φύσεως: καὶ ε. De Natura. Caput V. Incipit: φύσις ἐξ ἀρχῆς κινήσεως καὶ ἡρεμίας. ἢν δὲ καὶ σύντελεσίας τοῖς.

4. Περὶ τόπου καὶ χρόνου: καὶ τ. De Loco et Tempore. Caput VI. Incipit: Τῶν ὄντων, τὰ μὲν κινήσεις εἰσιν. ὡς γενέσεις καὶ ἀλλοιώσεις.

4. averso. Περὶ ἀπείρου: καὶ ζ. De Infinito. Caput VII. Incipit: Τὸ ἀπείρον λέγεται πενταχῶς, ἵνα μὲν τεσσάρων, τὸ ἀμερές τε καὶ ἀποστολόν.

Ibid. Περὶ σοιχείων: καὶ η. De Elementis. Cap. VIII. Incipit: Οπις σοιχεῖα φύσιται καὶ ἀπλούσατα παντὸς σώματος φυσικοῦ. desinit verò: Εἴτα καὶ ὄντας μετέταγμα αὐτοῖς. ἀρέστη τὰ πυρὸς. φύσις λόγον, τῆς ἀπὸ γῆς τουτοῦ τῶν σοιχείων τοπικῆς διατάξεως:

Hæc Aristotelis de *Physica Auscultatione Librorum* Epitome forsitan eadem est ac eorundem Anonymi Synopsis Græca MS. quam memorat Labbeus *Bibliotheca Novæ MSS.* pag. 116. nondumque typis mandata arbitramur.

5. averso. Προλεγόμενα εἰς τὴν φυσικὴν ἀκρόασιν. τίνα σκοπὸν ἔχει, καὶ περὶ τίνων διαλαμβάνει, σύμπασα. ἐπὶ δὲ καὶ μετάφρασις τοῦ φύσιται βιβλίου. Prolegomena in *Physicam Auscultationem*. Quem scopum habeat, et de quibus agat in universum; atque etiam primi Libri Metaphrasis. Incipit: Σκοπός εἰ τῆς φυσικῆς ἀκροσεως, περὶ τῶν κοινῶν πᾶσιν σύντελον τοῖς φυσικοῖς φράγμασι. Desinit: περὶ τούτων οὐν ὁ τῆς φυσικῆς ἀκροσεως σκοπός. ἡ κοινὴ πᾶσι τοῖς φυσικοῖς σύντελε. η δοκεῖ μὲν δύναται σύντελε.

6. Ο σκοπὸς ἐκδῆσις τῶν τῆς φυσικῆς ἀκροσεως βιβλίων. Scopus, seu Finis singulorum Physicæ Auscultationis Librorum. Incipit: Διχῇ δὲ τῆς ὅλης φράγματος διηρημέ-

ντος, τὰ μὲν πρᾶτα πέντε βιβλία. Desinit: οὗτον γὰρ ἡμῖν ὁ λόγος εὐδιδιδόσται μᾶλλον. ἀρχεταὶ γοῦν οὕτω.

Eod. averso. Continuò sequitur Titulus hic: Αρχὴ τῆς κατὰ λέξιν μεταφράσεως τοῦ ἀβιβλίου τῆς φυσικῆς ἀκρόσεως: κ.ε. α. Initium Metaphraseos ad verbum, primi Libri Physicæ Auscultationis. Caput I. Incipit: Προώμον. Επειδὴ τὸ εἰδέναν χ' τὸ ἐπίσταθμα συμβαίνει περὶ πάσας τὰς μεθόδους.

Ibidem. Αντίρρησις ἐν διαρρέσεως, πρὸς τοὺς αὐτὸν φυσικὸν φιλοσόφους: κ.ε. 6. Refutatio ex divisione adversus Philosophos naturales Aristotele antiquiores. Caput II. Incipit: Αράγη λέγων, οὐ μίαν εἶναν τὸν ἀρχὴν, οὐ πλείους καὶ εἴ μίαν, ἵνα ἀκίνητον, καθ' οὐ πανταὶ οὐκ κίμηται καθάφησι παρμενίδης χ' μέλισσος.

7. averso. Επιχείρημα α. Argumentatio I. Incipit: Επεὶ τὸ οὐ εἶναι λέγουσι παρμενίδης καὶ μέλισσος.

Ibid. Επιχείρημα 6. Argumentatio II. quæ Incipit: Επεὶ τὸ οὐ εἶναι λέγεται πολλαχῶς λέγεται.

8. Eleghychos iuxtoras τῶν παρμενίδου χ' μέλισσου συλλογομονών. Refutatio valida Syllogismorum Parmenidis et Melissi. Incipit: Παρμενίδης οὗτος συνελογίζετο. τὸ παρὰ τὸ οὐ οὐκ ἔν. Desinit in hæc verba: μὴ ὄντας δὲ λόγος ἡμῖν οὐδὲν ἐν τῷ παρόντι... Cætera, id est ferè sesquiversus, ne legantur, vestigatis partim injuriâ, partim glutinatōris vel inscitiâ, vel incuriâ factum.

Metaphrasis hæc duo tantum Libri primi Physicæ Auscultationis Capita complectuntur, Scholiisque sat amplis illustratur. Hujusmodi verò Prolegomena et Metaphrasis non sunt Georgii Pachymeris, neque Simplicii in Libros Physicæ Auscultationis Prolegomena, neque Themistii in eosdem Libros Paraphrasis; videnturque inedita.

10. averso. Οροὶ κατ' ἐπιτομὴν κεφαλαιώδεις τῶν ἐμπειρογένεων τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῆς διαλεκτικῆς. Definitiones in epitomen redactæ eorum quæ in Primo Dialectices Libro continentur. Incipit...εις ἐγί διαλεκτικῆς πραγματείας, ἐφίδον εὐρεῖν ἀφ' οὗ ἀντὶ συλλογίσμου περὶ πάντος τοῦ προστεθέντος προβλήματος. Desinit: περὶ τάξεως χ' πᾶς δὲ ἐρωτᾶν.

13. averso. Tis ὁ σκοπὸς τοῦ 6. βιβλίου τῶν τοπικῶν, οὐ τῷ κατὰ συμβεβηκός προβλημάτων. Quis sit finis Libri II. Topicorum, sive Propositionum accidentalium. Incipit:

Εν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ εἰπών τίς τε ὁ σκοπὸς τῆς παρουσίας πραγματείας καὶ π τὸ λέγοντος.

Ibidem. Tis ὁ σκοπὸς τοῦ πρώτου βιβλίου τοῦ περὶ τῶν προβλημάτων. Quis sit finis Libri III. qui est de Propositionibus. Incipit: Εν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ διδάσκει περὶ τῶν συγκριτικῶν προβλημάτων.

Ibidem. Tis ὁ σκοπὸς τοῦ δ' βιβλίου τοῦ περὶ τῶν γενικῶν προβλημάτων. Quis sit finis Libri IV. qui est de Propositionibus generalibus. Incipit: Διὰς μὲν αἵτις παρέδωκε τόπους τῶν κατὰ συμβεβηκός προβλημάτων πρότερον εἴπομεν.

14. Tis ὁ τοῦ εἰς βιβλίου τοῦ περὶ τῶν ἀπὸ τῶν ιδίων προβλημάτων. Quis sit finis Libri V. qui est de Propositionibus specialibus. Incipit: Διαλαβὼν ὁ ἀειστέλλεις ἐν μὲν τῷ 6. βιβλίῳ τῶν τοπικῶν περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος προβλημάτων.

Ibidem. Tis ὁ τοῦ τέταρτου βιβλίου σκοπὸς τοῦ περὶ τῶν οὐκῶν προβλημάτων; Quis VI. Libri finis, qui est de Propositionibus finalibus. Incipit: Εν δὲ τῷ τέταρτῳ βιβλίῳ τῶν τοπικῶν, ἵνει ὁ ἀειστέλλεις περὶ τῶν οὐκῶν προβλημάτων διαληφόμενος.

Ibidem. Eἰς τὸ τέταρτον βιβλίον τὸ περὶ ταύτου καὶ ἑτέρου. In VII. Librum de Eodem, et Alio. Incipit: Ωσπέρ τὸν Σύντονον τὸν ἀπὸ τῶν διαφορῶν χ' τὸν ἀπὸ τῶν εἰδῶν, οὐδὲ τὰ γενικὰ προβλήματα.

Ibidem. Μετάφρασις τοῦ ὥγδου βιβλίου τῆς διαλεκτικῆς ἀειστέλλοντος. ἐν ᾧ διδάσκει περὶ τάξεως τῆς διαλέξεως χ' πᾶς δὲ ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρινεῖσθαι, χ' πρῶτον, περὶ τοῦ σκοποῦ. Metaphrasis octavi Libri Dialectices Aristotelis, in quo docet ordinem Disputationis; et quomodo interrogandum sit, et respondendum; ac primum de Fine. Incipit: Επείπερ οὐ διαλεκτικὸς πρὸς τὸν οὔτος λόγον οὐσιαὶ καὶ ἀποκρισὶ σωισταῖς, σκοπὸς ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ.

14. averso. Post hujusmodi Proœmium sequuntur Libri Capita:

Κε. α. Οποῖα δὲ πρῶτον παρατηρεῖν ἐπαγγελεῖται διαλεκτικῆς οὐμλίσις τὸ μέλλοντα ἐρωτᾶν. Caput. I. Quæ primum debeat observare in Dialecticis Sermonibus is qui interrogaturus est. Incipit: Δεῖ τοίνυν πρῶτον τὸν μέλλοντα ἐρωτᾶν τὸν τόπον εὑρεῖν ὅθεν ἐπεχειρήσειν.

Κε. β. περὶ τάξεως τῶν εἰς ἐρωτησιν προβλημάτων. ως ὅπως γένει ἐρωτηματίζειν εἴτ' οὖν, διατάσσει τὰς ἐρωτήσεις. Caput. II. De Ordoine eorum quæ ad Interrogationem profe-

seruntur; et quomodo oporteat interroga-  
re, sive interrogationes digerere. Incipit:  
Περὶ δὲ τὰς ἔρωτικας, καὶ ὅποις οὐκὶ ἐρωτηματίσαι,  
λέγετε.

15. Eutaūθa περὶ ἐπαγωγῆς. κὲ. γ.! Hic de  
Inductione. Caput III. Incipit: Τὰς δὲ πα-  
ρὰ τὰς ἀναγκαῖας εἰλημψέντας ἐν τῷ συλλογισμῷ  
ἀροτάσεις, ληπτέον μὲν καὶ ταῦτα.

15. averso. Eutaūθa περὶ κρύψιας τοῦ συμ-  
πέρδοματος. κὲ. δ'. Hic de Occultatione Con-  
clusionis. Caput IV. Incipit: Κρύψειν δὲ βου-  
λόμενον τὸ συμπέρδομα τοὺς ἀροσυλλογισμοὺς  
πιθένας οὐκὶ.

16. averso Eutaūθa, περὶ κόσμου· ποιητέη  
διακομίστως καὶ ὄγγην τοῦ συλλογισμοῦ· τοῖς  
ζευτέον. κὲ. ε'. Hic de Ornatu, id est Or-  
dinatione et Gravitate Syllogismi, quibus  
ad hanc utendum sit. Caput V. Incipit:  
Εἰς μὲν οὖν κρύψιν εἰρημένοις ζευτέον· εἰς δὲ  
κόσμον εἴτ' οὖν ὄγγην τοῦ συλλογισμοῦ.

Ibidem. Kē. τ'. περὶ σαφήνειας· τίσι ζευ-  
τέον. Caput VI. De Claritate: Quibus ad  
eam utendum sit. Incipit: Εἰς δὲ σαφήνειαν  
τοῦ ἀροτειμένου ἀροτέληματος, παραδείγματα  
καὶ παραβολὰς, οἰτέον. Desinit in hæc ver-  
ba: διεζόμενος τὸ ἀγάθον, οὐδὲ ἄλλο ὅπι οὖν,  
περιενέγκει τὸν ἐρώτην.

Recensitæ hactenus Aristotelis Topico-  
rum Definitiones in epitomen redactæ, ac  
Metaphrasis incerti sunt Auctoris, nec-  
dum, ut videtur, editæ.

18. Ab hoc folio ad 30. alia manu  
aliaque in charta excurrunt Stemmata Di-  
visionum plurima, ad Partem Philosophiæ  
rationalem maximè pertinentium, rubris  
distincta titulis lineisque, hac inscriptio-  
ne præmissa: Διαίρεσις πρινερ ἀντη καλ-  
λιση τῆς ὑψηλότερης πάσις φιλοσοφίας: γέ-  
νος γενικότατον.

Interjecto deinde *sesquifolii* (sit verbo ve-  
nia) vacantis spatio, sequitur Opusculum de  
Quinque Vocibus universalibus, Constanti-  
ni Lascaris manu nobis notissima exara-  
tum, cuius titulus: Εἰς τὰς ἐ φωνάς. Ini-  
tiūm verò: Οπ γένος λέγεται οἱ πιῶν χέσοις.  
καὶ τὸς ἀλλήλοις καὶ τὸς ἐν. finis deimūn: καὶ  
οἱ τὰ μὲν, επίσιμος μετέχονται. τὸ δὲ συμβεβηκός  
μᾶλλον καὶ οὗτοι.

Id autem Opusculum, sive Epitome de  
*V. Vocib⁹*, non est Michaëlis Pselli, nec  
Georgii Pachymeris, nec Nicephori Blemme-  
dæ, nec Ammonii *Hermea F*: forte ab ipso  
Constantino Lascari concinnatum est.

36. Post vacuum folii unius intervallum  
subit Πορφυρίου ἐπαγωγῆ. Porphyrii Isago-

ge, sive Introductio in Aristotelis Cate-  
gorias, aliàs Libellus περὶ τῶν πέντε φωνῶν,  
De quinque Vocibus. Incipit: Οὐτος ἀραγ-  
κεῖον, ζευσούροις. Opus sæpissimè excusum;  
sed hic variis marginalibus Scholiis, sine  
Auctoris nomine, locupletatum.

46. Αριστότελος κατηγορία: Χεὶ βούθει: γι-  
νος ἀριστότελος. Aristotelis Categoriae (Chris-  
te adjuva). Aristotelis Genus, seu Vita.  
Ipsa autem ab his verbis incipit: Αριστότελης  
τὸ μὲν γένος ἡ μακεδῶν πόλεως δὲ Σταγειρί-  
της. Desinit: ἐξηρτεῖται δὲ τὸν σύμπαντα θεόν  
αὐτὸς ὁ ἀριστότελης, ἐπὶ ξυ.

Hæc Aristotelis Vita eadem est, quæ  
*Ammonii Hermea F* nomine sæpius edita cir-  
cumfertur, et ejusdem in *Categorias* Aris-  
totelis Commentario præmissa frequenter  
occurrit; licet nonnullis diversa verbis,  
atque in fine decurtata.

47. Vitam Aristotelis excipiunt, in ejus  
*Categorias* Prolegomena incerti Auctoris,  
ab *Ammonii Commentariis* in easdem mul-  
tūm discrepantia. Quæ quidem ita inci-  
piunt: Σκοτος τῶν κατηγοριῶν, οὐτε περὶ τῶν  
ὄντων οὐδὲ τὰ εἴδη διδύξας. desinunt verò: λέ-  
γεται δὲ καὶ τὰ οὐτάλληλα ἐπερχεσθαι, οὐδὲ οὐσία  
καὶ τὸ σῶμα. Hæc etiam à *Simplicii Proœ-  
mio* in easdem *Categorias* typis excuso  
differunt.

50. Κατηγορία ἀριστότελος. Aristotelis Ca-  
tectoriae, earum nempe textus Scholiis mar-  
ginalibus ornatus. Incipit: Ομάνυμα λεγέ-  
ται, οὐδὲ οὐρα μόνον κοινόν.

63. averso. Αριστότελος περὶ ἐρμηνείας. Aris-  
totelis de Interpretatione Liber. Incipit:  
Πρῶτον δεῖ θέσθαι τι ὄντα. καὶ τί ῥῆμα, plu-  
rimis Scholiis ad oras adscriptis commen-  
dandum.

73. Αριστότελος ἀναλυτικῶν ἀροτέρων ἀρώτων.  
Aristotelis Analyticorum Priorum Liber  
Primus. Incipit: Πρῶτον εἰπεῖν περὶ τι καὶ  
τίσις εἴπιν οὐκίς. Liber hic nonnullis Scho-  
liis, plurimisque figuris ad oras adscriptis  
enitescit.

113. Αριστότελος ἀναλυτικῶν ἀροτέρων δεύ-  
τερον. Aristotelis Analyticorum Priorum  
Liber Secundus. Incipit: Εν τόποις μὲν οὖν  
χήρασι καὶ διὰ ποίων καὶ πόσων ἀροτά-  
σεων.

At Liber hic valde mutilus est, utpo-  
te qui Capitis V. posteriori parte reliquis-  
que XXIII. Capitibus, quæ in excusis extant,  
planè deficiat; in hæc autem verba  
desinit: φανερὸν οὖν ὅπι ἐν μόνοις τοῖς ἀντιστρέ-  
φοντι πίκλαι καὶ δι' ἀλλήλων ἀνεύχοται γίνε-  
σθαι.

οὐαὶ τὰς ἀποδεῖξαις ἢ δὲ τοῖς.... Reliqua desiderantur.

Cæterū Codex hic triplici manu de scriptus est, primā omnium vetustissimā à fol. i. ad 32. alterā mediæ vetustatis abhinc ad fol. 34. quam Constantini Lascaris esse prædiximus; tertiā deinceps, quæ hac vetustior est et ad primam accedit, à fol. 36. ad 125. totius nempe Codicis postremum.

## XVI.

Membraneus in folio, habens folia 220. bipartito exarata, titulosque omnes, per inde ac initiales litteras minio distinctas; manu quidem vetustā, quippe Sæculi XIII. sed membranā vetustiori, erasis scilicet antiquioris scripturæ litteris, quarum extant manifesta ubique vestigia, novis superinductis conscriptus: foliorum præterea extimā facie et fumo et ævo multū denigratā, fumosarum imaginum ritu magnam injiciens venerationem sui; nec lucis minus ab splendidissima, cuius olim fuit, Velascanā Bibliothecā mutuatus.

Continentur eo Philagathi Philosophi Homiliae LXXVIII. quibus accedunt aliae duæ, nimirum una Sancti Sába Mesimeri, ejus discipuli, eis τὴν φωφόρον; altera S. Joannis Chrysostomi nomine ornata, περὶ τῶν μετὰ παρατηρήσεως ἡρεσίων τοῖς θεοῖς μητροῖς, eis τοὺς ἀπλυθέντας eis τὰ ἐγκάνια.

Has autem Philagathi Homilias Franciscus Scorsus Panormitanus S. J. Theophanis Ceramei Archiepiscopi Tauromenitani nomine inscriptas Lutetiæ Parisiorum anno MDCXLIV. Græcè et Latinè cum Notis primus evulgavit; at non omnes, siquidem LXII. tantum edidit. Noster verò Codex in suis habet duodetriginta, quæ neque in laudatâ Editione, neque inter illas occurront, quas Leo Allatius in *Diatriba de Georgiis* tanquam ineditas refert. Quæ porro hujusmodi sunt, eas omnino in recensionis cursu asterisco, brevitati consulentes, prænotavimus.

Sed jam ad præstantissimum Codicem recensemendum accedamus.

Fol. i. In hujus fronte litteris à cæterâ Libri scripturâ diversis, maximam partem vel deletis, vel abrasis ægerimè legitur Titulus: Πόμπα φιλαγάθου τῆν φιλοσόφου. Id est, Opus Philagathi Philosophi: quod nomen tribus aliis expressum locis invenias.

Statim sequitur eadem manu exaratus

Index, omnium quotquot olim Codex hic continebat, Homiliarum, nempe LXXXI. titulos complectens, prætermisis tamen tribus Homiliis infra memorandis, cui sub jacet eadem prorsus manu talis subscri ptio:

ΤΕ' ΛΟΣ ἥλιφεν  
· · · · · τα... νοῦ  
ἀδιλφοῦ ἀγγέλου.

Hoc est (si secundum versum penè ob literatum his vocibus παρὰ τοῦ παπενοῦ sup pleas) Finem accepit ab humili fratre An gelo.

### 2. ΦΙΛΑΓΑΘΟΥ ΠΟΝΗΜΑ ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΥΦΟΥ:

Λόγ. ἄ. Ομιλία ῥιθεῖσα εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ἴρδικτου: καὶ εἰς τὸν ἄγιον συμεώνα τολί την.

### PHILAGATHI PHILOSOPHI OPUS.

Sermo I. Homilia dicta in principium Indictionis, et in Sanctum Symeonem Sty liteum. Incipit: Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ καταξιώσας ἡμᾶς διαδραμέν τὴν κυκλικὴν τοῦ χρόνου περίοδον. Hæc in Theophanis Editione à Scorsso factâ numeratur Homilia I.

4. averso. Λόγ. 6. Ομιλία εἰς τὸν ὄφελέ την τῶν μηρίων ταλάντων: ἐλέχθη ἐν τῷ ἀμβωνὶ τῆς ἀρχεπισκοπῆς. Sermo II. Homilia in Debitorem decem mille talentorum. Pronuntiata fuit in ambone, sive suggestu Archiepiscopalis Ecclesiæ. Incipit: Οἱ παραδοτές τὰ τῶν νέων διδάσκαλοι. Hæc est ibidem II.

7. Λόγ. γ. Ομιλία ῥιθεῖσα κωλακῆ τῷ τῆς ὑψώσεως: οὐδὲς ἀναβεῖται εἰς τὸν οὐρανὸν: ἐλέχθη ἐν τῷ ἀμβωνὶ. Sermo III. Homilia dicta Dominicâ ante festum Exaltationis (Sanctæ Crucis). Nullus ascendit in cœlum. Pronuntiata fuit in ambone. Incipit: Φέρε σήμερον, ὁ Θεοφιλέσατον ἀρροιμα, τῆς ζωφόρου ταυρεῦ ἀνυψώσεως τὰ τραφεόρπα ἔορτάσωμεν. Est ibidem III.

9. averso. Λόγ. δ. Ομιλία εἰς τὴν ὑψώσην τοῦ πιμίου χρωποιοῦ ταυρεῦ: ἐλέχθη ἐν τῷ ἀμβωνὶ τῆς ἀρχεπισκοπῆς. Sermo IV. Homilia in Exaltationem pretiosæ et salutiferæ Crucis. Pronuntiata fuit in ambone Archiepiscopalis Ecclesiæ. Incipit: Ορῶ σή μερον τὸν μεγάλου τοῦδε γαοῦ τὸν σεβάσμον ὅρφον τὴν οὐράνιον μημονευον ἀντιτά. Est ibidem IV.

13. Λόγ. ε. Ομιλία εἰς τὸ ἐθέλησεν ὁ ἵππος ἐξελθεῖν εἰς τὴν γαλιλαίαν: ἐλέχθη ἐν τῷ γαῷ τοῦ ἄγιου ἀποσόλου φιλίππου εἰς τὴν ἑορτὴν αὐτοῦ. Sermo V. Homilia in illud: voluit

*Jesus proficisci in Galileam.* Pronuntiata fuit in templo S. Philippi Apostoli, in ejus festum. Incipit: Οὐ μόνον ὡς επολοῦντες σωματικῶς ἐν τῇ γῇ τοῦ σωτήρος. Est ibidem XLIX.

15. averso. Λόγ. τ. Ομιλία περὶ τοῦ σεληνιαζομένου: ἐλέχθη ἐν τῷ ἀμβωνὶ τῆς ἀρχεπισκοπῆς. Sermo VI. Homilia de Lunatico. Pronuntiata fuit in ambone Archiepiscopalis Ecclesiæ. Incipit: Οτεύει μὲν ἡ πτυποὶ ἀγέρωχον πεδίας ἢ πλαμέτην. Est ibidem XXIII.

17. averso. Λόγ. ζ. Ομιλία περὶ τοῦ ἔχοντος τὸν λεγέντα: ἐλέχθη ἐν τῷ ἀμβωνὶ τῆς ἀρχεπισκοπῆς. Sermo VII. Homilia in illud: *Habentem legionem.* Pronuntiata fuit in ambone Archiepiscopalis Ecclesiæ. Incipit: Επέχει μου τὸν γλῶτταν ἢ νόος τοῦ σώματος. Est ibidem IX. At hæc prope tota, avulsis nimis foliis, deficit; desinit enim in hæc verba: ἀμφότερα γὰρ οἷκον ωφελεῖσθαι συμπάντοι, μεταμετονόμενοι τῆς ἑβραΐδος εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν. τὸ δὲ δύο τοὺς δακ... quæ in laudatæ Editionis imâ pag. 53. invenias.

Avulsis quoque foliis, totæ deficiunt Homiliæ sex, quas consequi oportebat.

VIII. videlicet, Eiſ τὸ Iω. εὐαγγέλ. ἐγίνεται Ιωάννης, καὶ εἰς τὸν τοῦ ἀποστόλου Αυδρέου. In illud Joannis Evangelii: *Stabat Joannes,* et in festum Apostoli Andreæ: quæ ibidem numeratur Homilia L.

IX. cuius planè latet inscriptio, quod in priore hujus Codicis Homiliarum Indice oblitterata sit, in posteriore prætermissa.

X. Περὶ τῆς αἱμορροοῦσσος, καὶ περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ Αρχισυναγάγοντος. De Hæmorrhioissa, et de Archisynagogi filia: quæ ibidem pariter est X.

XI. Eiſ τὸν πλούσιον καὶ τὸν λάζαρον. In Di-vitem et Lazarum, quæ ibidem est VIII.

XII. Περὶ τοῦ ἀρχιτελάνου Ζακχαίου. De Zaccchæo publicanorum principe, quæ ibidem est XV.

XIII. Περὶ τοῦ τελάνου καὶ Φαρισαίου. De Pu-blicano et Pharisæo, quæ ibidem est XVI.

Singularum autem hujusmodi Homiliarum Inscriptiones, præter supra dictam, ex utroque Indice planè constant. At vero minus incommodè accedit, quod eas tantum hic Homiliæ deficiant, quæ typorum beneficio jam in tuto versantur.

18. Ομιλία (ιδ.) περὶ τοῦ ἀσώπου Homilia XIV. De Predigo. Initio mutila, ab his verbis incipit: μὲν μὲν δραγμὸν εἰπὼν

τῇ κόσφῳ, συγχραθέσαν τῶν ἱδονῶν, quæ in allegatâ Editione pag. 101. versu 20. legas; estque ibidem XVII.

22. Ομιλία εἰς τὸ ὄπεν ἐλθη ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ ἀντοῦ: ἐλέχθη κωνσταντίᾳ ἀποκρέου. Homilia XV. in illud: *Quando venerit filius hominis in gloria sua.* Pronuntiata fuit Dominicâ Carnisprivii. Incipit: Οἴον πι πάχουσι ἀπό πνος ὑψηλῆς ἀκρωτειας. Est ibidem XVIII.

25. Ομιλία ἵτ. εἰς τὸ ἐὰν ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παρεπόματα: ἐλέχθη κωνσταντίᾳ τυραποθέσεως. Homilia XVI. in illud: *Si dimiseritis hominibus peccata.* Pronuntiata fuit Dominicâ tyropanothéseos, id est, Hebdomadæ qua Græci abstinentiam Casei exordiuntur. Incipit: Οἱ ἐν τοῖς ἴππαις ἀθλοῖς ἀγωνίζομενοι. Est ibidem XIX.

27. averso. Ομιλία ἵζ. περὶ τῶν ἀγίων εἰκόνων: ἐλέχθη κωνσταντίᾳ τῆς ὁρθοδοξίας. Homilia XVII. de sanctis Imaginibus. Pronuntiata fuit Dominicâ Orthodoxyæ, h. e. Quadragesima Græcorum. Incipit: Λαμπρὰ εορτὴ καπιτίνιας ἵππην. Est ibidem XX.

29. averso. Ομιλία ἵη. περὶ τοῦ παρεπιποῦ τοῦ δὲ καπερναοῦ: ἐλέχθη κυριακῇ δευτέρᾳ τῶν ηπειῶν. Homilia XVIII. de Paralytico in Capharnaum. Pronuntiata fuit Dominicâ secundâ Jejuniorum. Incipit: Επειγόμενος τῆς σωτῆρος διδασκαλίας ἐφάγαθα. Est ibidem XXI.

32. Λόγ. ἵθ. Ομιλία εἰς τὸ ὄπεις θέλει ὅπιστο μου ἀκολουθεῖν: ἐλέχθη κυριακῇ τεττῃ τῶν ηπειῶν. Sermo XIX. Homilia in illud: *Siquis velit post me sequi.* Pronuntiata fuit Dominicâ tertiatâ Jejuniorum. Incipit: Νῦν ἡμῖν τῆς ἐγκρατείας κυρὸς ἔφθασεν. Est ibidem XXII.

34. Ομιλία καὶ εἰς τὸ ἴδιον ἀναβαίνομεν εἰς Ιερουσαλήμ: ἐλέχθη κυριακῇ ἐπειδή τῶν ηπειῶν: κυριακῇ δ. ζητ. λόγ. ζ. Homilia XX. in illud: *Ecce ascendimus in Hierosolymam.* Pronuntiata fuit Dominicâ 5. Jejuniorum. Dominicâ 4. quære Sermone VII. Incipit: Ο μὲν τῆς ἐγκρατείας κυρὸς ἡδη ωφελούμενος. Est ibidem XXIV.

38. Λόγ. κα. Ομιλία εἰς τετραήμερον λάζαρον: ἐλέχθη ἐν τῷ ἀμβωνὶ. Sermo XXI. Homilia in quatriduanum Lazarum. Pronuntiata fuit in ambone. Incipit: Παλιτελή (in excusis Πολλῶν) πατερασίαν ἡμῖν ὁ ἐπιτίθειος εὐαγγελιστῆς. Est ibidem XXV.

43. Λόγ. κβ. Ομιλία εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν: ἐλέχθη ἐν τῷ ἀμβωνὶ τῆς ἀρχεπισκοπῆς. Sermo XXI. Homilia in Annunciationem. Pro-

nun-

nuntiata fuit in ambone Archiepiscopalis Ecclesiæ. Incipit: Σήμερον ἡ σύκλησις διδου-

χῆται μυστῶν. Est ibidem LIII.

55. averso. Λόγ. κ.γ. Ομιλία ῥθεῖσα εἰς τὸ εὐαγγέλιον τῶν ἀγίων παθῶν: ἐλέχθη τῇ μεγάλῃ παρεκκενῇ: μετὰ τὴν ὄρθρον. Sermo XXIII. Homilia dicta in Evangelium sanctarum Pasionum. Pronuntiata fuit in magna Parasceve post diluculum. Incipit: Ιωὼς μὲν ἐπαγκλήσεις δέξω ὦρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην. Est ibidem XXVII.

56. Λόγ. κ.δ. Ομιλία εἰς τὴν σαμαρείτιν (leg. σαμαρείπδα): ἐλέχθη ἐν τῷ ἀμβωνὶ τῆς ἀρχεπισκοπῆς. Sermo XXIV. Homilia in Samaritanam. Pronuntiata fuit in ambone Archiepiscopalis Ecclesiæ. Incipit: Αὐτοφοιμάζως (malè in editione Scorsi Os αὐτοφοιμάζως) τῷ σωτῆρι σήμερον νοτῶν ἐφεψώμεθα. Est ibidem XXXVIII.

60. Λόγ. κ.ε. Ομιλία εἰς τὸ τίνα με λέγοντι οἱ (supple ἄνθρωποι) εἶναι: ἐλέχθη ἐν τῷ ναῷ τῷ (supple ἐν) παλατίῳ πανόρμου τῇ ἔορτῇ τῶν ἀγίων ἀποστόλων. Sermo XXV. Homilia in illud: *Quem me dicunt (homines) esse.* Pronuntiata fuit in templo quod est in Palatio Panormi, in festo Sanctorum Apostolorum. Incipit: Συνδόμεμε σοι πόλις καὶ σὺ (leg. σοι, ut in editis) θεε τῶν ἀγαπτόφων ναὲ. Est ibidem LV.

Vocabulum πανόρμου, quod hujus Homiliæ præ se fert titulus, non parum aduersatur P. Scorsu hanc Homiliam Constantinopoli in magnificentissimo templo, quod Imperator Basilius Macedo in Palatio extruxit, à Theophane habitam fuisse multis contendenti. Imò ipse sibi magis adversatur Scorsus, cùm duo etiam magnificentissima hujusmodi templa à Siciliæ Regibus extracta Panormi adhuc extare fateatur, quorum unum est in Palatio Proregis S. Petro Apostolo dicatum... et sanè simile huic quod... hic auctor describit; Theophanem verò Constantinopolim adiisse conjecturâ tantum ductus affirmet. At si vocem Panormum suus Interpreti Codex hoc loco legendam obtulisset, talem profectò sententiam minimè ille, ut opinor, fuissest amplexus.

63. Λόγ. κ.τ. Ομιλία περὶ μάρθας καὶ μαρίας ἐκ τοῦ κατὰ λουκᾶν εὐαγγελίου: ἐλέχθη ἐν τῷ ἀμβωνὶ τῇ ἔορτῇ τῆς κοιμήσεως τῆς Καστριας θεοτόκου. Sermo XXVI. Homilia de Martha et Maria ex Evangelio secundum Lucam. Pronuntiata fuit in ambone in festo dormitionis Sanctissimæ Deiparæ.

Incipit: Ως λίαν μοι λαμπροστέρα τὴν σήμερον. Est ibidem LX.

65. Ομιλία κ.ζ. εἰς τὰ ἄγια νίπτα: ἐλέχθη ἐν τῷ ἀμβωνὶ τῆς ἀρχεπισκοπῆς. Homilia XXVII. in Santos Infantes, sive Innocentes. Pronuntiata fuit in ambone Archiepiscopalis Ecclesiæ. Incipit: Επὶ τὴν Ἱερὰν βιβλεῖμ ἄγει σήμερον. Est ibidem LII.

67. Λόγ. κ.η. Ομιλία εἰς τὴν ἀποσολὴν τῶν δάδεσσα μαθητῶν: ἐλέχθη ἐν τῇ ἔορτῇ τῶν ἀγίων ἀναργύρων ἐν τῷ ναῷ αὐτῶν. Sermo XXVIII. Homilia in Missionem duodecim Discipulorum. Pronuntiata fuit in festo Sanctorum Anargyrorum, in ipsorum templo. Incipit: Εὐκαλεῖ μὲν ἡμᾶς, καὶ φιλέορτοι. Est ibidem XLVII.

69. Λόγ. κ.θ. Ομιλία εἰς τὴν ἀποσολὴν τῶν δ. μαθητῶν: ἐλέχθη ἐν τῇ ἔορτῇ τοῦ ἀρχιερατήρου μιχαὴλ. Sermo XXIX. Homilia in Missionem LXX. Discipulorum. Pronuntiata fuit in festo Principis militiæ Michaëlis. Incipit: Οἱ μὲν αἰσθητοὶ λειμῶνες τῶν πονικῶν ἀνθέων. Numeratur ibidem XLVIII.

71. Λόγ. λ. Ομιλία ῥθεῖσα εἰς τὸν μακριστούς: ἐλέχθη ἐν τῇ ἔορτῇ τοῦ ἀγίου νικολάου. Sermo XXX. Homilia dicta in Beatitudines. Pronuntiata fuit in festo S. Nicolai. Incipit: Οτε ὦρὸς τὴν ἑαυτοῦ θείαν αὐλὴν ὁ δεσπότης ἐκάλει τὰ ἴδια ωρόσημα. Est ibidem LI.

73. averso. Λόγ. λ. Ομιλία εἰς τὸ Βίβλος γενέσεας, καὶ περὶ μάρθας: ἐλέχθη ἐν τῷ ἀμβωνὶ κυριακῇ ὡρὸ τῆς χοῦ γεννήσεως. Sermo XXXI. Homilia in illud: *Liber Generationis*, et de Martha. Pronuntiata fuit in ambone Dominicâ ante Christi nativitatem. Incipit: Τοῦ μὲν καθητοῦ ἡλίου τοῦ ὀρίζοντος. Numeratur ibidem XIII.

76. Λόγ. λ. Ομιλία εἰς τὸ κατὰ ματθαίου εὐαγγέλιον, κυριακῇ ἀ. ματθαίου, ὅπις ὁ μελογίσει ἐν ἐμοί: ἐλέχθη ἐν τῷ ἀμβωνὶ τῆς ἐπισκοπῆς. Sermo XXXII. Homilia in Evangelium secundum Matthæum, Dominicâ I. Matthæi: *Quicunque confitebitur me.* Pronuntiata fuit in ambone Episcopalis Ecclesiæ. Incipit: Ο μὲν χωρὸς ὦρὸς αὐτὸς τὸ τοῦ ἔαρος. Est ibidem XLI.

79. averso. Λόγ. λ. Ομιλία εἰς τὸ ὁ λύχνος σώματός ἐστιν ὁ ὄφθαλμός. Sermo XXXIII. Homilia in illud: *Lucerna corporis est oculus*: Incipit: Καὶ γέεφειλέτης εὐχάριστος. Est ibidem XLII.

82. Λόγ. λ. Ομιλία εἰς τὰ ἐπίλοιπα τοῦ ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὄφθαλμός: ἐλέ-

χθι ἐν τῷ ἀμβωνὶ : Sermo XXXIV. Homilia in reliqua illius dicti : *Lucerna corporis est oculus.* Pronuntiata fuit in ambone. Incipit : Οἱ ἀγύρται καὶ ἀγελάσαι καὶ πέντε τὰς οἰκίας φεύγοντες. Occurrit ibidem XLIII.

83. averso. Λόγ. λε. Ομιλία ἥρθεσσα περὶ τοῦ ἐπανοτάρχου κνειακῆ δ. τοῦ ματθαίου : ἐλέχθη ἐν τῷ ἀμβωνὶ. Sermo XXXV. Homilia dicta de Centurione Dominicâ IV. Matthæi. Pronuntiata fuit in ambone. Incipit : Αντιπρατεύει τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις. Recensetur ibidem XLIV.

86. \* Λόγ. λτ. Ομιλία εἰς τὸν περίσσουλην (leg. παρεξολὴν) τοῦ ἀμπελόνος : ἐλέχθη ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἀγίου τεφάνου ἐν τῇ πανόρμῳ. Sermo XXXVI. Homilia in Parabolam Vinea. Pronuntiata fuit in templo Sancti Stephani Panormi.

Incipit : Ως λίαν καλλίσην συνῆψεν ὁ ἥρως τὸν τοῦ αὐτοτιμάρτυρες ἕστητὸν τῇ πανηγύρῃ τῶν κανεθλίων χρυ. Desinit : καὶ νῦν ἐπιγείλατο πίνειν τὸ τοῦ νοντοῦ οἴνου ποτήσιον, οὐ καὶ ἡμᾶς μετασχέειν, εἰς αὐτῷ χῶρον τῷ θεῷ. Ηδὲ οὐδέξα καὶ τὸ κράτος σὸν τῷ ἀνάρχῳ πατεῖ καὶ τῷ ὀμοσίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι εἰς τοὺς ἀλώνας. ἀμήν.

88. averso. Λόγ. λζ. Ομιλία εἰς τὸ κατὰ λουκᾶν εὐαγγέλιον περὶ τῆς ἄγρας τῶν ἵθυμων : ἐλέχθη ἐν τῷ ἀμβωνὶ. Sermo XXXVII. Homilia in Evangelium secundum Lucam de capture piscium. Pronuntiata fuit in ambone. Incipit : Επειδὴπερ ἀρχὴν ἐλήφει σύμερον ὑπαναγνώσκεθε. Est ibidem V.

90. Λόγ. λη. Ομιλία περὶ τοῦ νιοῦ τῆς χήρας : ἐλέχθη ἐν τῇ μεγάλῃ μονῇ τοῦ σωτῆρος ἀκροτηρίου, ἀποθανόντος τοῦ φράτου Φάλτου. Sermo XXXVIII. Homilia de Filio Viduæ. Pronuntiata fuit in magno Monasterio Salvatoris ἀκροτηρίου, Primo Cantore demortuo. Incipit : Άλλην ὑπόθεσιν ὄρμήμενος προσοίμον τοῦ λόγου ποίησαθε. Est ibidem VI.

Ex hujus Homiliæ inscriptione, quæ *P. Scorsum* latuit, duo scitu digna colligas, eam videlicet habitam fuisse *Messanæ*, quippe cujus in portu ἀκροτηρίῳ, sive summitate extitit olim *Salvatoris*, quod hic memoratur, *Monasterium*, ut ex Notâ *Codicis II.* hujus nostri Catalogi planè constat: deinde virum, cujus Theophanes mortem in *Orationis exordio* deplorat, ejusdem Monasterii Ecclesiæ Πρωτοφάλτη, id est, *Primum Cantorem*, vel *Præcentorem* extitisse. Quod autem eum Fratrem suum appellat, non inde sanè conficitur eum ipsi fuisse sanguinis cognatione Fra-

trem, quemadmodum idem *P. Scorsus* in Notis affirmat; hoc enim ut nomine compellaret, nonne vel familiaris sodalitii satis erat conjunctio? Præterea si verus Theophani decessisset Frater, an credibile est eum in illo tantummodo formæ decus, dignam Sacerdotio faciem, gratam in convictu comitatem, variam ac suavem Psalmodiæ modulationem, prætermisis fraternali amoris dulcissimis sensibus, fuisse laudaturum? Deinde in ipsa Homiliæ inscriptione *Fratri* potius, quam *Cantoris* facta fuisset mentio. Postremò, quod omnium rationum caput, nullis litterarum monumentis Theophanes Fratrem habuisse traditur.

93. Λόγ. λθ. Ομιλία εἰς τὸν παρεξολὴν τοῦ αὐτού : ἐλέχθη ἐν τῷ ἀμβωνὶ. Sermo XXXIX. Homilia in Parabolam Sementis. Pronuntiata fuit in ambone. Incipit : Οἱ τὰς μακρὰς ἀποδημίας κατ' ἐμπορίαν πλούτου σελλάνειν. Est ibidem VII.

95. averso. Λόγ. μ. Ομιλία περὶ τοῦ ἐπεριστήσαντος γομικοῦ : ἐλέχθη ἐν τῷ ἀμβωνὶ τῆς ἀρχεπισκοπῆς μετὰ τὸν ἐκ σπελίας ὑπορόφην. Sermo XL. Homilia de Legisperito interrogante. Pronuntiata fuit in ambone Ecclesiæ Archiepiscopal, post suum ex Sicilia redditum. At legendum hic videtur εἰς σπελίαν (*in Siciliam*) ut ipse Homiliæ contextus clamitat. Incipit : Οὐ τοσοῦτον ἀχμάδην γῆ, καὶ κρατῆν καὶ κατάξεις. Est ibidem XI.

Hujus Homiliæ sub fine occurrit Patri Scorsu, pag. scilicet 68. Editionis ab ipso factæ, ubi eluent hæc verba asterisco notata: καὶ ἐπύγχανε, τὸν, locus scripturæ depravatae vitio valde obscurus ac difficilis, quem, alterius exemplaris subsidio plane destitutus, se ille profitetur commentatum potius esse, quam interpretatum. Id autem vitium tūm ex præpostera træctione verborum ex una periodo in aliam, tūm ex prava vocis ἐπύγχανέτη in ἐπύγχανε, ac τὸν divisione prorsus emanavit. At cum hujus vitii expers sit Liber noster, operæ pretium facturi simus maximum, si, quod totus locus sanitati restituatur, verba omnia ad ipsum intelligendum pertinentia, prout in Codicis MS. fol. averso 97. se habent, quam accuratissimè repræsentemus, asteriscis ea videlicet complexi, quæ suis emota sedibus corrumpaque, obscuritatem peperere. Ea vero hujusmodi sunt.

Επὶ τὸν ἀέριον, φησι, ἐξελθὼν δίδωσι τῷ πανδοχῇ μόνο δημάρια, καὶ εἰ περ αὐτῷ ἐπιμελήθητι αὐτοῦ, καὶ ὅπῃ ἡ περισσευτικότης, ἐγὼ σὲ τῷ ἐπανέρχομαι με ἀποδώσω σου. Τίς οὖν ἡ ἐπαύριον; \* ὁ χαρὸς ὁ μετὰ τὴν πάρεργον τῶν ἀντολῶν περθῆν ἡ τοῦ εὐαγγελίου χάρις ἀνέτειλεν, \* ἀλληλού ιημέραι ποιοῦσσα, τὸ φῶς τῆς γνάστως ἔχοντα. ἡ ἐπαύριον, ἥμουρη μετὰ τὴν οὐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἀναβίωσιν. καθ' ὃν (in editis ἀφ' οὐ) ὡς ἦλιος δύνασθαι (leg. σὺν) τάφῳ, ὡς ἐξ ἀντολῆς αὐθίς ἐγέθεορεν. ἐξελθὼν τοίνυι ἐπὶ τὸν ἀέριον, πόθεν ἐξελιών. ἀπὸ τῆς τοῦ θαράτου φθορᾶς διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, καὶ πᾶσι τοῖς κινρῦζι τοῦ μυστηρίου τὰς δύο διαθήκας ὡς μόνο δημάρια μίαν ἔχοντας τὴν τῆς τριάδος ἐπιγραφὴν, ὥστερ ἀμελεῖ καὶ τὰ δημάρια μίαν ἔφερε τὴν ἀκόντια \* καὶ ἐπυγχανετόν μόνο τῷ ἀριθμῷ \*. λέγει οὖν τοῖς διδασκούσιοις, &c. qualia à proximè laudato P. Scorsè edita leguntur.

98. Λογ. μᾶ. Ομιλία περὶ τῆς συγκωπίου-  
σης: ἐλέχθη σὲ τῷ ἀμβωνι. Sermo XL. Ho-  
milia de Muliere inclinata. Pronuntiata  
fuit in ambone. Incipit: Οἱ καφῖνες εἰδός  
εἰσι μελισσῶν ἄργον τε καὶ ἀχειρόν. Est ibidem  
XII.

- ΙΟΙ. averso. Λόγ. μβ. Ομιλία περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ δείπνου: ἐλέχθη ἐν τῷ ἀμβωνί. Sermo XLII. Homilia in Parabolam Cœnæ. Pronuntiata fuit in ambone. Incipit: Μυστικὸν ἡμῖν δεῖπνον ἡ θεόλεκτος τοῦ εὐαγγελίου φωνὴ. Est ibidem XIII.

103. averso. Λόγ. μη. Ομιλία περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος τὸν κύριον πλουσίου: ἐλέχθη ἡ τῷ ἀμβωτί. Sermo XLIII. Homilia de Divite Dominum interrogante. Pronuntiata fuit in ambone. Incipit: Οἶον πιστεῖν εἴθεν περὶ τὰ μέτρα τὰ σκοτώδην γνώμενα. Est ibidem XLV.

106. Λόγιον με. Ομιλία εἰς τὸν γενόμενον  
αὐχμόν: ἐλέχθη εἰς τὴν λιτήν. Sermo XLIV.  
Homilia in Siccitatem quæ contigit. Pro-  
nuntiata fuit in Processionem. Incipit: Τίς  
δάσσει τῇ κεφαλῇ μου ὑδωρ χ' τοῖς ὄφθαλμοῖς  
μου πηγὴν δακρύων. Est ibidem LXII.

107. averso. Λόγ. μὲ. Ομιλία περὶ τῆς ἐπιπμήσεως τῶν ὑδάτων: ἐλ-χθὶ σὺ τῇ ἑορτῇ τοῦ ἀγίου Δημητρίου. Sermo XLV. Homilia de objurgatione Aquarum. Pronuntiata fuit in festo S. Demetrii. Incipit: Δικῆς φέρεται σύμφερον συνέλευσιν ἄγειν. Est ibidem XLVI.

109. Λόγ. μτ. Ομιλία εἰς τὸ τῶν ταῖς  
τέλορες ὑμῖν: ἐλέχθη ἐν τῇ πανηγύρῃ τοῦ  
ἀγίου Θεοφόρου εἰς δραγίνας. Sermo XLVI.

Homilia in illud: *Hec mando vobis.* Pronuntiata fuit in celebritate S. Procopii in *Draginas*, Incipit: Καὶ κιθαρῳδὸς πολλάκις ἀνὴρ τὰς ἀγωνίας διερχόμενος. Est ibidem LXI.

Ι Ι I. Λόγ. μζ. Ομilia εις τὸ ἐπευ ὁ Κύ-  
ριος πάντα μοι παρεδώθη: ἐλέχθη σὺ τῇ πα-  
τηγύρει τοῦ ἀγίου ὄνουφρίου. Sermo XLVII.  
Homilia in illud: *dixit Dominus: omnia*  
*tradita sunt mibi.* Pronuntiata fuit in cele-  
britate S. Onuphrii. Incipit: Επεφί μοι  
θαυμάσαι τὴν τῆς ἀρετῆς ἴδιοτητα. Est ibi-  
dem LIV.

113. \* Λόγ. μῆ. Ομιλία μετὰ τὴν ἐπάγοδον  
τοῦ ἑλασθών: ἐλέχθη ἐν ἀμβωνι. Sermo XLVIII.  
Homilia post ascensionem montis Oliveti.  
Pronuntiata fuit in ambone.

Incipit: Ο της ἡμετέρας πολιτείας, ὡς πα-  
τέρες, σκόπος τοῦτο ἐστὶ τὸ Σὲ πάντων τῶν ὄρ-  
μένων καὶ λεγομένων συλλάγματος τὸ δεῖπνον. De-  
sinit: ἔξωρδη τὰς ὀσφύας ἡμῶν διεζωμένας καὶ  
τοὺς λύχνους καὶ ὁμένους (leg. κεκομένους) καὶ αὐ-  
τοὶ ἐσόμετα διμοιρύμενοι ἀρεῖς Σιδηρομένοις τὸν  
κύριον αὐτῶν κατὰ τὴν εὐαγγελίου παρεβολήν.  
αὐτῷ η δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς ἀνὰς τῶν ἀν-  
γελ. ἀμήν.

114. averso. Αόγ. μθ. Ομιλία εἰς τὴν ἐπι-  
φοῖτην τοῦ ἀγίου πνεύματος : ἐλέχθη μετὰ  
τὴν γονολογίαν. Sermo XLIX. Homilia in  
Adventum Sancti Spiritus. Pronuntiata fuit  
post Genusflexionem. Incipit : Ορῶν σήμε-  
ρη τὸν ἀμάρατον τῆς παναγίου δεσμοῖν ταῦ.  
Est ibidem XL.

116. averso. Λόγ. v. Ομιλία εἰς τὸ εἶπεν  
ὁ Κύριος, ἐγώ ἐμι ἡ θύρα: ἐλέχθη ἐν τῷ ταυ-  
ερωντῷ τῇ ἑορτῇ τοῦ ἀγίου παγκρατίου. Ser-  
mo L. Homilia in illud: *Dixit Dominus:*  
*Ego sum ostium.* Pronuntiata fuit in festo  
S. Pancratii. Incipit: Οὐκ ἀτόπεν \*, ὡς λό-  
γος ἔνοιαν ἑορτής. Est ibidem LVII.

\* Hoc loco non oīn ἀτόπειν, nec oīn πα-  
τόπιν, ut mendosè pariter habet Scorsana  
Editio; sed oīn κατόπιν omnino legendum.  
At verò mendum Typographi, non Scorsi  
fuit; ipse enim in suis ad hanc Homilia in  
Notis, dum id Proverbiū à Platone in  
3. Ex τοῦ σούδα. Ex Suida, nempe Voces ab A incipientes, ordine Alphabetico dispositæ, quarum prima Α' ἄ, postrema verò ἔωτον.

7. Περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ αἰ. De Vocibus ab α incipientibus. Harum series incipit ab αι, desinit in ἀψιφός; atque ex eodem pariter Suida depromptæ sunt.

8. Omisso titulo, Voces à littera B incipientes, quarum prima Βαλάκων, postrema Βύσον, ex eodem quoque Suida excerptæ.

9. Omisso etiam titulo, Vocabula quædam à Γ, Δ, et Ε incipientia cum eorum interpretationibus, ex eodem Suida desumpta, videlicet Γεγετά, Γαλατά, Γυμνασία, Δόξα, Διάθεσις, Διαφτητά, Ευτελέχεια, Εκ πεισμοσίας, Ευτελεῖς, &c.

Omnia huc usque recensita Constantini Lascaris manu exarata sunt.

11. Δέξεις Σούδα. καὶ ἐρμηνείας ἀποῦ καὶ ἐπυμολογικῶν. Hoc est: *Dictiones Suidæ, ejusque Interpretationes atque Etymologiae.* At Inscriptioni haud consonat Scriptio. Nam Suidæ non est Lexicon, sed Etymologicon ex Etymologico Magno desumptum, ut Constantinus Lascaris supra fol. 2. averso monuit, atque iterum hīc monet hac Annotatione superiori margini adscriptâ: Τὸ μέγα Επυμολογικόν.

Id verò ab his verbis initium dicit: Αβδε ἐπίρρημα παρὰ τὸ ἀσάλαμ; in hæc designit: ὄψεινότες ὄψεινόταντες. Non Lascaris quidem manu, sed vetustiore exaratum est; hujus tamen studio perinde ac manu non modò præmissis et sequentibus Dictionum Indicibus alphabeticis locupletatum, sed etiam, ubi verborum tenor intercidit, foliis videlicet 323, 324, 325, 355 et 356. optimè suppletum, multis denique Vocabulorum accessionibus, Notis, Scholiis, quæ patent margines, passim auctum illustratumque.

355. averso. Περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ οἰ. De Vocabulis incipientibus ab οι, quorum primum Οἴ, postremum Οἴχων.

356. Περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ εἰ. De Vocabulis incipientibus ab ει, quorum princeps Εἰ, novissimum Εἴχα.

Utraque Vocabulorum series cum suis

interpretationibus ex *Suida* et aliis ab eodem Lascari excerpta.

357. Λέξεις τίνες τῶν πεντατεύχου. Dictiones aliquot Pentateuchi. Suis singulæ sunt explanationibus donatæ, atque ordine Alphabetico digestæ. Prima: αὐτόχθονες, οἱ τὸν αὐτὸν γῆν οἰκησαντες, postrema verò: ἄμυν, ἐνόμιζον.

Eodem averso. Sine titulo. Diversæ nimirum Voces maximam partem peregrinæ, ex *Regum Libris IV.* nullo ordine excerptæ, adjunctæ singulis interpretatione, quarum initium: Εμάφεν. βαθμῶν; finis: Ποῦ ὁ θεὸς ἡλιοῦ ἀπφὰ ποῦ ὁ θεὸς ἡλίου καὶ τοῦ.

\* In specimine Lexici Biblici MS. quod edidit Fabricius *Biblioth. Græca vol. X. pag. 62.* principio Vocabum ad I. Librum Regum pertinentium pro Εμάφεν., legitur Α"μαφε, citaturque ejusdem Libri *Cap. V. vers. 5.*

358. Λέξεις τίνες τῶν παρεγγίρων κατὰ σοιχείον. Voces aliquot Libri Proverbiorum ordine Alphabetico. Harum prima: Ακύοις, ἀβεβαιοῖς; novissima: ὥστε φέρεις ὥστε παίγνιον. His etiam sua singulis adjacet interpretatio.

Omnes hujusmodi Vocabum Indices à folio 355. huc usque commemorati, ejusdem Constantini Lascaris manu exarati sunt, forsitan et industriâ contexti.

De cætero, quum in Mstorum Catalogis tot vel Auctorum nominibus prædita, vel sine nomine *Etymologica*, *Lexica*, *Glossaria* memorentur: haud ita facile est cuius, aut quodnam ex illis sit præsens Etymologicon, asseverare, præsertim si prima et ultima cuiusque verba (ut plerumque fit) non indicantur. Quo sanè quid Auctorum Scriptis dignoscendis inimicius? quid criticæ Disciplinarum Historiæ importunus?

## XXII.

Chartaceus folii amplitudine, foliis numero 298. triplici tūm chartæ genere, tūm litterarum formâ, quasi tribus, quæ complectitur, Scriptis omnino distinguendis; quarum tamen antiquissima annum Christi MCCCCXXVII. non antecedit.

Eo continentur *Thucydidis Vita*, auctore Marcellino; *Thucydidis Historiarum Libri VIII*; *Xenophontis de rebus Græcorum Libri IX.* hoc videlicet ordine:

Fol. 1. Præit *Thucydidis Vita*, scriptore Marcellino, Constantini Lascaris manu sic inscripta: Μαρκελλίου περὶ Θουκυδίδου. Mar-

cellini de Thucydide, atque ita incipiens: Τῷ Δημοσθέου μέρας γεγενημένος θείων λόγων. Opusculum amplioris Operis pars, quod Thucydidis optimis Editionibus præfigi solenne est. Hujus verò litterarum forma videtur omnium, quas totus exhibit Codex, minimè vetusta.

6. Θουκυδίδου ιστορίαν ἀ. Thucydidis Historiarum I. hoc initio: Θουκυδίδης ἀθηναῖος συέργαψε τὸν πόλεμον τῶν πελοποννοίων. Quem cæteri Libri ad totum usque octavum ex ordine consequuntur. Id Opus et chartæ, et litterarum elegantiâ præ cæteris nitet.

203. Ξενοφῶντος ἐλληνικῶν ἀρώτου. Xenophontis de rebus Græcorum Primus, ita incipiens: Μετὰ δὲ ταῦτ' οὐ πολλαῖς ἡμέραις. Reliqui deinceps Libri ad Septimi usque finem sine ulla intermissione subeunt.

Hoc autem opus duobus aliis scripturæ antiquitate præstat; atque in extremo Codice ejusdem, qui Xenophontis Libros descriptis, manu subscriptum legas:

+ τῷ ἐντελεχῆ τῶν καλῶν. θεῷ χαρεῖ:  
Δέξασι οἱ θεοὶ ἀρήν. ἀμήν. ἀμήν:-  
+ τελειωθέν, κατὰ τὴν β' τοῦ ιουλίου μηνὸς.  
Ετοις τῷ Δεκατέτῳ Νοέ έ.

+ παρημελέοντι πατέρι οὐνούσιον πτῖ. δόξα:-  
Hoc est: Perfectori bonorum Deo gratia.  
*Gloria tibi, ο Deus. amen, amen, amen.*

*Absolutum 2.º mensis Julii, anni 6935. (Christi MCCCCXXVII.) Indictione 5.*

*Omnipotenti Patri cum Filio, Spiritu gloria.*

Cui Subscriptioni subjacet hæc altera: κτῆμα κανταρτίου τοῦ λασπάρεως εὐ νεανόλι ὄνθεν. Id est: Possessio, sive *Liber Constantini Lascaris proprius*, emptus Neapoli.

Idem hoc in Codice sive *Thucydidis*, sive *Xenophontis* Librorum margines autographis Annotatiunculis scitu, vel memoratu digna quæque indicantibus conspersit.

## XXIII.

Chartaceus in folii magnitudinem, et foliorum 375. numerum excrescens, in chartâ luculentissimâ litteris satis nitidis, Sæculo XV. jam devexo, partim ab Andronico Galasiota, partim à Cosma Hieromonacho Trapezuntio descriptus.

Continet Homeri *Iliadem* cum Glossis et Scholiis in priores XII. Libros, et XIII. partem, ac seorsum ejusdem *Bœtiam*. Quæ singula ita se habent.

Fol. 1. Inscriptionis expers, occurrit *Ilias*, tūm Glossis plurimis Græcis, ac Latinis

nis etiam non paucis Græcas explanantibus, tūm Scholiis per margines amplis et frequentibus illustrata, sed in priores tantum XII. Libros et partem XIII. usque ad vers. 175.

Scholia perinde ac Glossæ minutissimè scripta sunt; sed ipsis litterulis multò minùs apparet Auctor, quippe omnino latet. In tanta enim Scholiastum Homericorum turba haud facile est horum Auctorem internoscere. Satis itaque sit initia primi Scholii ad I. Librum, et postremi ad XII. pertinentis hoc loco producere, ut cui otium fuerit, hæc Scholia cum cæteris vel excusis, vel MSS. conferat. Primum incipit: Διατί τῇ γνωστῇ καὶ τοῖς τέκνοις ἀχμάτων ἐπάγει; postremum: Σαρπηδῶν εὐρώπην τὴν φοίνικος ζεὺς θεασάμενος ἐν τῷ λειμῶνι μετὰ νυμφῶν.

Singulis prætereà hujus *Iliados* Libris, si I., XIII., XV., et XXIII. excipias, sua præfigitur Hypothesis; at Hypotheses hujusmodi in quibusdāin sunt ab excusis diversæ amplioresque, ut in Libris I., VIII., et XI. in aliis verò ad jam excusas accedunt aliae uberiore, ut in III., VI., VII., X., XII., XIX., XX., XXII., XXIV. in reliquis denique cum excusis planè congruant.

362. averso. In fine *Iliadis* occurrit ejusdem, qui posteriores Libros exaravit, manus talis Subscriptio:

Τέλος τῆς ἱλιάδος ὁμέρου ῥαψῳδίων: μετεγάφη ἀπὸ τοῦ Ν' τοιχίου παρὰ κορμᾶ ἀναξίου μονάρχου· καὶ δέομαι τῶν ἐπιτυγχανόντων, ἵνα ἔχωσι μηδένιν τούτοις ἐμοῦ τοῦ γεάφαντος· καὶ μὴ τούτη μετεγάφη ὡς ἐχρῆ· τὸ γάρ ἀντίγεφον οὐ πάντα ὄρθογεφον ἢν καὶ ἐπιδιορθωσάθη τὸ τοιοῦτον, ἀδυνάτως εἶχον· καὶ διάτοι τοῦτο ἔπιν ἔχωσι ἔξω πάσιν κατηγορίας καὶ μάρμου τούτου τοῦ ἐγχειρίματος ἔνεκα.

Hoc est: *Finis Iliadis Homeri Rhapsodiarum. Transcripta fuit à Littera N per Cosmam indignum Monachum; eosque qui in hunc librum inciderint, oro ut mei, qui hunc scripsi, memoriam habeant, etsi hic non quemadmodum oportuit transcriptus est; Exemplar enim non omnino emendatè exaratum erat; nec mibi proinde licuit hunc emendatè describere. Itaque immunis ego ab omni reprobatione ac nota sim propter hoc factum.*

363. Sequuntur Constantini Lascaris manus exaratæ Annotationes hujusmodi:

Ταῦτη τὴν βιβλον ἐνηργαφῆναι ἐποίησεν ὁ μεγαλοφρετὸς λαδοβίνος σαυκάνος. ἦν τὰ μὲν τοῦ ἀντιστοτοῦ τὰ δὲ ἄλλα τοῦ ἐνηργαφῆναι ἐποίησεν

ποιῶνδης κανγαντίνον. εἰς ὀφελεῖαν τῶν ποιῶνδην: ἢν ἀφίερωσε θυσίαν σὺν πολλῷς ἄλλαις ἑλληνικαῖς καὶ λατινοῖς τῷ θείῳ νέῳ τῆς θεορήτερος μεγίστης ἐνηλκοίας τῶν λατίνων. ἢν ἐποτέ τελεσθεῖν ἡ βιβλιοθήκη τεθείεν ἐν αὐτῇ ἀδιον μηδένι. ἔτει ἀπὸ θεορείας ἡ ὅπερ. Επὶ ἀφίερωσε καὶ τὴν ὁδύναται τοῦ ὁμέρου καὶ ἄλλοις ποιῶνται καὶ ἐπιστολαῖς διαφόροις ἀνδρῶν πολλῶν εἰς μιᾶς βιβλῶν καὶ λεξικοῦ λατινικοῦ ἐν μεμβράνοις.

Tὰ μὲν ὅρατα τοῦ βιβλία ἀνδρόνικος ὁ γαλησιῶτης ἐξέγειτο. καὶ μετὰ θάνατον αὐτοῦ τὰ λοιπὰ ἐξέγειτο καστραῖς ἱερομόναχος τραπεζούντος καθηγούμενος τῆς μονῆς τοῦ ἀγίου ιωάννου τῆς λαύρες. ἦν διανία ἡ μηδέν. ἐδίδαξε δὲ ταῦτα πολλάκις εἰς μεσήνην κανγαντίνον ὁ λάοντας βιβλάντος.

Quarum habes interpretationem:

*Hunc Librum exscribi jussit magnificus Ludovicus Saccanus, cuius XII. quidem libros (priores) emit, alios verò XII. (posteriorēs) diligentia Constantini ad studiorum utilitatem exscribi fecit. Quem moriens cum pluribus aliis Græcis et Latinis dedicavit sacro templo Deiparae maxime Ecclesie Latinorum, ut, cum Biblioteca perfecta foret, ibi ad perpetuam rei memoriam collocaretur, Anno à Dei nativitate MCCCCCLXXX. Dedicavit etiam Odysseam Homeri et alios Poetas, ac multorum virorum Epistolas varias uno in codice, et Lexicon Latino-Græcum in membranis.*

*Priores quidem XII. libros (hujus Iliadis) Andronicus Galesiota exscripsit, ac post ejus obitum reliquos exscripsit Cosmas Hieromonachus Trapezuntius, Praefectus Monasterii S. Joannis Lauræ, quorum aeternabitur memoria. Hanc verò (Iliadem) sæpe Messanæ explanavit Constantinus Lascaris Byzantinus.*

Singula verò tribus hisce Annotationibus dispersa, ut aptius cohæreant, pateantque liquidiūs, placuit hac concinniori narratione complecti.

,, Iliadis hujus Libros duodecim priores, „partemque decimertii ad versum usque 176. exscripsit Andronicus Galesiota, posteriores verò post hujus obitum „Cosmas Hieromonachus Trapezuntius, Monasterii S. Joannis Lauræ Praefectus, qui „eos à se non, ut par erat, descriptos „conqueritur, quippe quorum exemplar „non satis esset emendatum. Priores illos „emit Vir magnificus Ludovicus Saccanus, „posteriorēs Constantini Lascaris operā ad „Stu-

„Studiosorum utilitatem exscribendos cu-  
„ravit. *Saccanus* autem moriens Librum  
„hunc unā cum aliis pluribus Græcis et  
„Latinis, atque in iis Homeri Odysseam  
„et alios Poetas, ac varias multorum vi-  
„rorum Epistolas uno volumine comple-  
„xas, ad hæc Lexicon Græco-Latinum  
„in membranis exaratum Maximo Deipa-  
„rae Templo Latinorum dedicavit anno à  
„Nativitate Domini MCCCCLXXX. ut  
„ejus in Bibliotheca, ubi perfecta esset,  
„ad perpetuam rei memoriam colloca-  
„rentur. Hanc denique Iliadem Constanti-  
„nus ipse *Lascaris* se Messanæ sæpius ex-  
„planasse, vel prælegisse testatur.„

366. Interjecto duorum semis foliorum  
inscriptorum spatio, subit Titulus: Αρχὴ  
τῆς Βοιωτίας ὄμηρου. Initium Bœotiae Home-  
ri, quæ incipit ab hoc *Iliados Libri II. ver-  
su* 494.

Βοιωτῶν μὲν πηγέως καὶ λόντος ἡρχού.

In fine subscriptum: Τέλος τοῦ καταλόγου.  
Finis Catalogi (*Navium* scilicet, ita enim  
aliás vocitatur).

Id Carmen eadem exaratum est manu,  
quâ posteriores Iliadis Libri, *Cosmæ* vide-  
licet *Hieromonachi Trapezuntii*; Glossasque  
initio habet Latinas Græcis versibus inter-  
sertas.

## XXIV.

Chartaceus in folii modum, foliis con-  
stans 136. densiori charta atque optimè  
levigata, totus Constantini *Lascaris* manu  
descriptus, maximam verò partem nitidis-  
simè, idque *Mediolani* anno MCDLXIV.

Is præcipiè continet *Musei de Herone*  
et Leandro Carmen, *Orphei Argonautica*  
et *Hymnos*, item *Hymnos Homeri et Cal-  
limachi*, veterum denique *Epigrammatum*  
*Collectanea*: quæ singula cum aliis mino-  
ris momenti subtilius persequemur.

Fol 2. Expers tituli, *Musei* Vitæ bre-  
vicula Notitia, quam, ut pote quæ à *Suidæ*  
verbis de illo scribentis nonnihil discre-  
pat, neque alibi nobis occurrit, hoc lo-  
co edendam censuimus.

Μουσᾶς ἐλευσίνιος ἐξ ἀπηνῶν νίσις ἀντφίμου  
καὶ ἐλέντος ἐποποίος μαβτῆς ὄρφεως· γράφας  
τεωθηκῶν ἔπι δ. καὶ ἄλλα πλεῖστα καὶ τοῦτο  
δὲ τὸ περὶ ἡρῷος καὶ λεάνδρου πεπίστευτο. εἴτε  
ἄλλοι διάφοροι γὰρ μουσᾶς ἐγένοντο.

Continenter sequitur Hexastichon ita  
inscriptum: Αντιπάτρου σιδωνίου εἰς ἡρῷον καὶ λεάνδρον. Antipatri Sidonii in Heronem et

Leandrum; atque incipiens: Οὐπός ὁ λεάν-  
δροι διάπλοος. Id extat in *Anthologia Epigram-  
matum Græcorum annotationibus Brodæi et  
Opsopæi*, et *Græcis Scholiis illustrata*. Fran-  
cofurti apud Andr. Wechelii heredes Anno  
MDC. in fol. quam sæpissimè in recensem-  
dis deinceps Epigrammatis allegabimus.

Μουσᾶίου τὰ περὶ ἡρῷον καὶ λεάνδρον. *Musei* de Herone et Leandro Carmina. In excus-  
sis pro περὶ legitur καθ'. Incipit: Εἴπε θεὰ  
χρυφῶν.

7. averso. Μάρκου μουσᾶρου τοῦ κρητός.  
Marci Musuri Cretensis, Hendecastichon  
scilicet versibus hexametris, *Musei* poema-  
tis argumentum complectens, quod inci-  
pit: Νηὸς ἐν ἀναστάσῃ.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς μουσᾶρον. Ejusdem in Mu-  
sæum, nempe Octastichon elegiacum in-  
cipiens: Καὶ φέρας ἀδρίτεια θεῶν.

Bina hæc Poematia legas in *Musei* et  
aliorum Poetarum Editione Florentina per  
*Heredes Philippi Juntae*, anno MDXIX. in  
8.º fol. 2. et 3.

8. Hic uno tenore consequuntur Versus  
elegiaci XXIV. quorum titulus: Αντιπά-  
τρου σιδωνίου εἰς ὄρφεα, Antipatri Sidonii in  
Orpheus; initium: Οὐκ ἐπιθεμένας ὄρφεον.  
Hi verò in laudata supra Anthologiâ, *Lib.  
III. cap. 25.* in triplex Octastichon tributi  
reperiuntur.

Protinus subit in eundem Orpheus Di-  
stichon, divisionis notâ signatum, quod  
incipit: Θρήνεις χεισολύρην, extatque *ibidem*,  
*cod. Lib. et cap.*

Eodem averso. Καινοτίνου τοῦ λασιάρεως  
εἰς τὰ περὶ λασιάρεως τοῦ σοφοῦ ὄρφεως. Con-  
stantini Lascaris in Prolegomena sapien-  
tis Orphei. Initium: Επειδὴν ἡρῷον τοῦ πειμέ-  
νον ἀναγκάριον εὑδίνει τὰ περὶ λασιάρεως περὶ λασιάρεως.  
Finis: Οὐ δεδύνημεν εὐρεῖν ὅμοια οἷς  
ἐν τὰ περὶ λασιάρεως τοῦ πειμένος ἀμφι-  
βολαὶ ὄνται.

10. averso. Περὶ ποιητῶν. De Poeta. Com-  
mentariolus hic incipit ab his verbis: Επει-  
δὴν ὁ λόγος περὶ ποιητῶν καὶ τῶν ἡρώτων τυ-  
χάνει, in hæc desinit: καὶ ὥλη τὸν φύσιν  
τῶν ἀνθρώπων. Ibi de Orphei Poetæ vita scri-  
ptisque satis copiosè disseritur; nihil tam-  
en eorum invenias, quæ de illo tradit  
*Suidas* in *Orpheus*. Id Opus, perinde ac su-  
perius, *Lascaris* esse judicamus; neutrum  
verò licet hactenus aspexisse.

11. Υπόθεσις τοῦ πλοῦ τῶν ἀργωναυτικῶν.  
Hypothesis, vel Argumentum navigatio-  
nis Argonauticon. Incipit: Τινὲς οἱ σαλμώ-  
νεως

νεας θυγάτηρ ὃν ποσειδῶνος ἔπει ταλέα καὶ τελίαν. Desinit: Τὸ δὲ χρυσόμαλον δέργας πιαντὸν ἔχει τὸν παθεστιν.

Eodem averso. Υπόθεσις τοῦ δέργας. Hypothesis Velleris aurei, cuius initium: Αθάνας νιὸς ἀρολόλου ἀδελφὸς κριθως ποιεῖ ὃν φέλης δύο πάγδας; finis verò: μέλανα καὶ φρόντινον καὶ οὕτως ἔχει ἐπελεύθηκε.

Bina hujusmodi Argumenta, ut ab eodem Lascari sunt exarata, sic conscripta, adeoque inedita valde suspicantur.

12. Ορφέως ποιητοῦ ἀργοναυτικά. Orphei Poetae Argonautica, quæ ab hoc versu exordiuntur:

Ωντας πύθωνος μεδέαν σκλητηρόλε μάντη. Poematis hujus margines frequentibus tūm Notis, tūm Castigationibus minio distinguis Lascaris manus conspersit.

35. Orphei Argonautica excipiunt Hymni, præmisso ad *Museum* Voto, quod inscribitur: Ορφεὺς τῷ Μουσῶν εὐτυχῶς χρώ ἐταῦρε, incipitque Mánthare δὲ μουσῶν θυηπλίν περὶ σεμνήν.

36. Sine communi titulo subeunt Hymni, quorum princeps hunc habet: Eis ἀρτεμιν. In Dianaī. Hujus loco in excusis legitur: Περθυεραῖς θυμίαμα τύρανη. Omnes verò inscriptionibus, initis, finibus, ordine, numero planè congruunt cum excusis in *Poetarum Græcorum Corpore Lectiano*, præter eos quos deinceps annotaturi sumus.

Eodem averso. Ερωτος. Amoris. In excusis Πραγόνου θυμίαμα, σμύρναι.

37. Τιτᾶνος. Titanis. In excusis Ηλίου θυμίαμα, λιβανομάνναι.

42. averso. Αθηνᾶς θυμίαμα ἀράματα. Minervæ suffimentum Aromata. In excusis Τυρος Αθηνᾶς.

44. averso. Δίημπτερος ἐλευσίνιας θυμίαμα τύρανη. Cereris Eleusiniae suffimentum Styracem. Hymnus hic impressus Mstum superat versibus XVI. quorum primus incipit: Σπερμία σωρίπι, postremus: Καὶ πλοῦτον πολύλεβον. At contra Mstus hos duos postremos habet, quibus impressus caret: Καὶ θητοῖσι βροτοῖσι ὅσαι χθόνα ναετάνουσι Ελθὲ μάκαρ σωρτῆτα φέρων πολὺ γῆθος ἄπασιν.

Post hunc Hymnum in Codice nostro desiderantur Hymni quinque, ita inscripti:

Μητρὸς Αντοίας θυμίαμα ἀράματα,  
Μύσης θυμίαμα τύρανη,  
Ορφῶν θυμίαμα ἀράματα,  
Σεμέλης θυμίαμα τύρανη,  
Τυρος Διονύσου βασαρίων τριετηρικοῦ.

45. averso. Τριετηρικῆς θυμίαμα ἀράματα. Trietericæ suffimentum Aromata. In excusis, pro Τριετηρικῆς legitur Τριετηρικοῦ.

46. Αμφιετοῦς θυμίαμα πάντα πλὴν λιβάνου καὶ σπερδὴ γάλα. Amphietæ suffimentum omnia, præter Thus; et libamen Lac. In excusis hæc desideres: καὶ σπερδὴ γάλα.

49. averso. Εριννίων θυμίαμα τύρανη καὶ μάνναι. Furiarum suffimentum Styracem et Mannam. In excusis, pro Εριννίων legas Eumenidῶν; pro τύρανη καὶ μάνναι, solūm ἀράματα.

51. averso. Βορέου θυμίαμα λιβαροῦ. Boreæ suffimentum Thus. Hymnus Mstus uno versu numerosior est quam excusus, sexto videlicet, qui ita se habet:

Αντίρεις ὡς λαμπουσον ἐπὶ χθονὸς ιελίοιο.

52. averso. Θαύάτου θυμίαμα μάνναι. Mortis suffimentum Mannam. Hymnus hic est Hymnorum omnium Orphei excusorum novissimus. Huic tamen in nostro Codice alii sex, tanquam Orphei, sine ullâ discriminis notâ subjiciuntur, quorum priores quatuor in quavis Editione, summo Litteratorum omnium consensu, *Proclo Lycio* adscripti sunt, videlicet:

Eis ἥλιον. In Solem.

Eis ἀφερδίτην. In Venerem, incipiens:

Τυμένερθν σειρῆν.

Eis μούσας. In Musas.

Eis ἀφερδίτην. In Venerem, incipiens:

Τυμένερθν λυκίων.

Qui quidem omnes, sive titulos spectes, sive ordinem, sive versuum numerum, sive denique initia et fines, cum editis planè convenient.

Ad posteriores verò duos quod attinet, quum eos quatuor proximè subsequantur, quos *Procli* esse liquet, compluresque Hymnos ab eodem conscriptos fuisse narret *Marinus Neapolitanus* in ejus Vita, teste Fabricio in *Biblioth. Græca vol. X. pag. 507.* ad hæc illo auctore non indigni videantur: eosdem *Proclo* assignare minimè dubites. Quin et ipsos facile credas non modo adhuc ineditos, sed in nulla etiam alia Bibliotheca superstites; præsertim quum solos ex ejus Hymnis ætatem tulisse quatuor Fabricius ibidem disertissimè asserat. Quamobrem eos, sive sint *Procli*, ut vero propius, sive alterius cuiusvis, siquidem nusquam apparent, hic publica luce donandos putavimus.

# HYMNI PROCLI

## hactenus inediti.

### ΗΚΛΑΤΗΣ ΚΑΙ ΙΑΝΟΥ.

Χαῖρε θεῶν μῆτερ πολυάνυμε καλλιγένεθλε  
Χαῖρ' ἐκάπι τοφεύραια μεγασθενὲς ἀλλὰ καὶ  
αὐτὸς  
Χαῖρ' ἵστε τοφεύταρος ζεῦ ἄφετε· χαῖρ' ὑπαπε-  
ζεῦ  
Τεύχετε δὲ αἰγλήσαντα ἐμοῦ βιότοιο πορείην  
Βεβομένην ἀγαθοῖσι κακὰς δὲ ἀπελαύνετε κού-  
σοις  
Ἐκ ρεθέων ψυχὴν δὲ περὶ χθονὶ μαργαρίνουσα  
Ελκετ' ἐγερσιόσιος καθηραμένην τελετῆσ  
Ναὶ λίτομα δότε χεῖρα ψευφερδέας τε κελεύθοις.  
Δεῖξατε μοι χατέοντα φάσι δὲ ἐρίπιμον ἀθρίσω.  
Κυανέντις ὅθεν ἔστι φυγεῖν κακότητα γενέθλιος  
Ναὶ λίτομα δότε χεῖρα καὶ ὑμετέρεισιν ἀνταί  
Ορμον ἐσεσθίεις με πελάσατε κεκριώτα.  
Χαῖρε θεῶν μῆτερ πολυάνυμε καλλιγένεθλε.  
Χαῖρ' ἐκάπι τοφεύραια ἀλλὰ καὶ αὐτὸς  
Χαῖρ' ἵστε τοφεύταρος ζεῦ ἄφετε χαῖρ' ὑπαπε-  
ζεῦ.

### ΕΙΣ ΑΘΗΝΑΝ ΠΟΛΥΜΗΤΙΝ.

Κλῦθι μοι αἰγιόχοιο διὸς τέκος ἡ γενετῆρας  
Πηγὴς ἐκτοφεύεσσα καὶ ἀκροτάτης ἀπὸ σειρῆς  
Αρσενόθυμη φέρασπι μεγασθενὲς ὄμβρεμοπάπει  
Παλλὰς πειτογένεια δορύσσος χρυσεοπύλης  
Κέκλυθι δέχνυσσο δὲ ὑμνον ἐφερεντι πότνια θυμῷ  
Μὴ δὲ ἀντας ἀνέμοισιν ἐμόν ποτε μῆθον ἔσσοις  
Ἡ σοφίν πετάσσοσα θεοτίσεας πυλεῶνας  
Καὶ χθονίων δαμάσασσα θείμαχα φύλα γηγάντων  
Ἡ πόθον ἱφαῖσιο λιλαμομένοιο φυγοῦσσα  
Παρθενίν ἐφύλαξας ἔης ἀδάμαντα χαλινὸν  
Ἡ κραδίν ἐσάσσας ἀμιτύλλευτον ἀνάκτος  
Αἰθέρης ἐν γαλοῖσι μεριζομένου πάτε βάκχου  
Τιτίνων ὥστε χεροὶ πόρες δὲ ἐπατεῖ φέρυσσα  
Οφρει νέος Βουλῆσιν ὥστε ἀρρήπτοις τοκῆσος  
Ἐκ σεμέλης περὶ κόσμου ἀντίσησι διόνυσος  
Ἡς πέλεκυς θηλατάμων τοφεύλυμα κάρηνα  
Πανδέρκους ἐκάπις παθέων ἕνασε γενέθλιον  
Ἡ κράτος ἕρει σεμνὸν ἐχερσίστροταν ἀρετάων  
Ἡ βίοτον κόσμησσας ὅλον πολυειδέστι τέχνης  
Δημηργείην νοερὴν ψυχῆστος βαλοῦσσα  
Ἡ λάχεις ἀκροπόληα καθ' ὑψιλόφοιο κολάντης  
Σύμβολον ἀκροτάτης μεγάλης σέο πότνια σειρῆς  
Ἡ χθόνα σωπάνευραν ἐφίλασ μιτέρα βιβλῶν  
Παπεσκοσιγγήτοιο Βισσαμένη πόθον ἴρον  
Οὔνομα δὲ ἀσει δάκρυς ἔχειν σέο καὶ φρένας ἐσθλέα  
Εἴθα μάχης ἀρίδηλον ὥστε σφυρὸν οὔρεος ἀκρου  
Σῆμα καὶ ὄψιγένοισιν ἀγελάσησσας ἐλαίνη

Εὗτ' ἔστι πεκροπίδησι ποσειδάνων ἀγαγῆ  
Μυρίαν ἐν πόντοι κυκάμενον ἥλυθε κῦμα  
Πάντα πολυφλοισθοῖσιν ἐρέθεσιν ἰμάσσων  
Κλῦθι μεν ἡ φάσις ἀγνὸν ἀπαγράπουσα τοφ-  
σώπων.

Δὸς δέ μοι ὄλβιον ὄρμον ἀλωμένω περὶ γαῖαν  
Δὸς ψυχῆς φάσις ἀγνὸν ἀπὸ εὐιερῶν σέο μήθαν  
Καὶ σοφίην καὶ ἔρωτα· μένος δὲ ἐμπνευσσεν ἔρωτ  
Τοσαπάτον καὶ τοῖον ὅστον χθονίων ἀπὸ κόπτων  
Αὖ ἐρύσε τῷρος ὄλυμπον εἰς ἥθεα πατέσσος ἐνος.  
Εἰδέ τις ἀμπλακίν με κακὴν βιότοιο δαμάζει  
Οἶδα γὰρ ὡς πολλοῖσιν ἐρίχθομας ἀλλοθεν ἀλλοις  
Πρήξεσιν οὐχ ὄσιας τὰς ἥλιτον ἀφεγνι θυμῷ  
Ιλαθι μειλιχόδουλε σαόμερτε μιδέ μὲν ἐάσους  
Ριγεδανῆς ποινῆσιν ἐλαρ καὶ κῦμα γενέθλι  
Κείμενον ἐν δαπέδοισιν ὅπι τεὸς εὐχόμας εἶναι  
Δὸς γύλοις μελέων σαθερὴν καὶ ἀπήμονον ὑγείην  
Σαρκοτάκων δὲ ἀπέλασε πικρῶν ἀγελάσοματα  
νοσσῶν

Ναὶ λίτομα βασίλεια· καὶ ἀμβροσίη σέο χειρὶ<sup>1</sup>  
Παῦσον ὄλην κακότητα μελαγάνων ὄδυνάσσου  
Δὸς βιότω πλάνοι ταχανιώντας ἀνταί  
Τέκνα λέγος κλέος ὄλβιον εὐφερσύνην ἐρατεινὴ  
Πειθὼ τωματίν φιλίην νόον ἀγκυλομόπτην.  
Κάρπος ἐπ' ἀντίσιοισι τοφεδρίην ἐνι λαοῖς  
Κέκλυθι κέκλυθι ἀγαστα πολύλλιτος δέ σ' ἵππων  
Χρεοῖ (sic) ἀναγκαῖον σὺ δὲ μείλιχον αὐτος ταῦ-  
χες.

In fine Hymnorum subscriptum est litteris rubris Constantini Lascaris manu: τί-  
χοι α. τ. ια. Hoc est, Versus 1312. Quos-  
cunque scilicet exaratos supra Hymnos,  
totidem versibus constare significatur.

56. Ομήρου ὑμνοι. εἰς ἀπόλλωνα α. Home-  
ri Hymni. Primus in Appollinem, cui cæ-  
teri ex ordine succedunt. Omnes verò in  
titulis, initiis, finibus, ordine, suique, vel  
suorum versuum numero cum editis con-  
sentiant, si pauculos excipias, qui sequun-  
tur.

81. Hymnus Eīs ἦφαιστον, In Vulcanum,  
non pede claudicat, sed toto versū, nimi-  
rum postremo, deficit, cuius prima ver-  
ba: Αλλ' ἵληθ ἦφαιστε.

Qui sequitur Hymnus, titulum præfert:  
Eīs ὑπατον κρονίδην. In supremum Saturni fi-  
lium; in editis verò: Eīs Δία, in Jovem.

Eodem averso. Hymni duo inscriptionibus  
carent; at in editis inscribuntur Eīs Διόνυσον,  
In Bacchum, et Eīs Αρτεμιν, in Dianam.

84. Καλλιμάχου Κυρναίου ποιητοῦ Τυμοί.  
Callimachi Cyrenæi Poetæ Hymni.

Eīs δία τοφῶτος. In Jovem primus, inci-  
piens: Ζηρὸς ἔοι τί κεν ἀλλο. Hunc cæteri  
sequuntur quales in excusis exemplaribus;  
ulti-

ultimo tamen *εἰς Δίημπτα*, in Cererem, versus habet posteriori parte mutilos 15, 17, 23, et 24. secundum Editionis *Grævianæ* enumerationem; totis verò versibus 16, 24, et 119. secundum eandem deficit.

In fine hujus Hymni rubris litteris *Lascaris* manu subnotatum: *κτῆμα πονταρτίου λασκάρεως* ἐν μεδιολάνῳ τοῦ ἀντοῦ Σκυραφέν. Id est: *Possessio*, sive *Liber Constantini Lascaris proprius*, *Mediolani ab ipso descriptus*. Illud autem hoc loco Lectorem monitum velim, nihil esse in toto Regio Mstorum Museo à Lascari nitidiū exaratum, quām quidquid à fol. 2. hujus Codicis ad 100. usque aversum pertinet.

101. Γένος καλλίμαχου. Genus Callimachi. Incipit: *Καλλίμαχος νιὸς βάτλου* καὶ μεσάτης (in excusis μεσάτης). Summarium est eorum quae de hoc Poeta refert Suidas in *Καλλίμαχος*. Iis tamen accessere postrema hæc verba: *ἔνεγυται δὲ καὶ πατὴρ επιχείριματος* εἰς τὸν φωτὸν καλλίμαχον ἀδέσποτα οὐτος ἔχοντα.

Statim sequuntur Epigrammata duo sic inscripta: *Eis καλλίμαχον ἀδέσποτα*. In Callimachum sine Auctoris nomine. Quorum prius distichum incipit: *Ω μάκαρ ἀμβεστῖοι*, posterius octastichum: *Ω μέχα βαττάδαο*. Utrumque legitur in *Anthologia*, Lib. III. cap. 25.

*Καλλίμαχον* εἰς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα. Callimachi in Patrem suum. Hexastichon scilicet, hoc initio: *Οσις ἔμὸν παρὰ σῆμα φέρεις*. Occurrit in *Anthologia*, eodem Lib. et cap. necnon in Editione *Græviana* inter Epigrammata, Num. XXII.

*Τοῦ αυτοῦ*. Ejusdem. Tetrastichon et titulo, et ultimo pentametro defectum, quod incipit: *Αγακίδην τὸν κρῆτα*. Sed extat inscriptum in *Astacideum*, integrumque in *Anthologia*, Lib. III. cap. 26. tūm in *Græviana* Editione inter Epigrammata, Num. XXIII.

Eodem averso. Distichon titulo et Auctoris nomine destitutum, quod ita se habet:

*Αγαλοῦ νιὲ φίλος δὲ καὶ ζειη κενάλυψα*.

Πάρ τόδε φωτὸς κράσεδον αἰγαλοῦ. Est in *Agali Filium* Epigramma sepulcrale; at neque in *Anthologia* invenitur, neque in *Græviana* Editione occurrit.

Post hujusmodi Epigramma subeunt alia sine nomine, quae ad Callimachum pertinere prorsū intelligas ex *Constantini Lascaris* hac annotatiunculâ τοῦ αυτοῦ πάντα, margini adscriptâ.

Hexastichon expers omnino tituli, hoc

præferens initium: *Εἰπέ τις ἡράκλειτε*, quod *In Heraclitum* inscriptum reperias in *Anthologia*, Lib. III. cap. 33. tūm etiam apud Laertium in Vita Heracliti sub finem, qui non de Heraclito primo, sed tertio, elegiarum Poeta, conscriptum illud à *Callimacho* fuisse tradit. Extat denique inter Epigrammata Editionis *Græviana*, Num. II.

*Εἰς νέος καὶ νέας*. In Juvenes et Puellas (immatura scilicet morte præreptos). Hoc in universum titulo prædicta succedunt Epigrammata X.

I. Distichon incipiens: *Δωδεκέπτη τὸν πάθα*. Legitur cùm in *Anthologia*, Lib. II. cap. 23. *Eis Νέος καὶ Νέας*, tūm inter Editionis *Græviana* Epigrammata, Num. XX; inscribique potest *In Nicotelem*.

II. Octastichon ab his verbis exorsum: *Ἄδης μὲν σύλπον*. Occurrit ἀδέσποτον in *Anthologia* loco proximè dicto. Quare in *Grævianam* Editionem non admissum existimamus; tametsi nostro in Codice *Callimacho* tribuatur. Inscribi autem potest *In obitum Rufini*.

III. Tetrastichon incipiens: *Ωφελε μίδ' ἐγένοντο*. Habes in *Anthologia*, Lib. III. cap. 22. atque inter *Græviana* Editionis Epigrammata, Num. XVIII. Huic verò satis conveniat inscriptio: *In obitum Sopolis, Dioclidae filii*.

IV. Hexastichon hoc initio: *Νάξιος οὐκ ἐπὶ γῆς*. Quod et in *Anthologia*, Lib. III. cap. 22. et inter *Græviana* Editionis Epigrammata, Num. XIX. reperias. Est autem in *Naxium Lycum* mercatorem, qui *Ægina* solvens, navi fractâ submersus est, ut in eadem *Anthologia* annotatur.

V. Tetrastichon ita incipiens: *Κρηθίδα τὴν πολύμυθον*. Occurrit in *Anthologia*, Lib. III. cap. 11. atque etiam inter *Græviana* Editionis Epigrammata, Num. XVII. Non ineptè respondeat titulus: *In Crethidis obitum*.

VI. Tetrastichon nullâ notâ à proximè superiori distinctum atque ipsi quasi commissum, ita ut ejusdem continuatio videatur. Incipit: *Εὐήθης τεύτων*. Id, licet ἀδηλον, reperierte in *Anthologia*, Lib. III. cap. 11. ideoque in Editione *Græviana* nusquam appetet; quum tamen hīc tanquam *Callimachi* memoretur. Huic non male conveniat titulus: *In obitum Euethes Trytonis filiae*.

102. VII. Tetrastichon ita incipiens: *Τιμονόν τις δὲ ξει*; Quod extat in *Anthologia*, Lib. III. cap. 11. in Editione verò *Græviana*

*na* inter Epigrammata, *Num. VI.* Id non inscītē inscripseris *In obitum Timonoes Euthymenis uxoris.*

VIII. Tetrastichon, cuius initium: Δαιμονία τις δ' εῦ οἴδε. Hoc ut in *Anthologia*, *Lib. III. cap. 6.* sic in Editione *Græviana* occurrit, estque ibi Epigramma XV. Inscribi autem possit *In Charmis obitum.*

IX. Distichon, cuius exordium: Σύντομος ἦν ὁ ξένος. Extat in *Anthologia*, *Lib. III. cap. 3.* prætereaque in Epigrammatis Editionis *Græviana*, *Num. XII.* Est Theris pumilionis Epithaphium.

X. Tetrastichon, cuius prima verba: Ηδίζη τίμαρχος ἐσ ἄδος. Hoc in *Anthologia*, *Lib. III. cap. 1.* legas, item in Editione *Græviana*, ubi Epigramma numeratur XI. Rectè inscripseris *In obitum Timarchi.*

Hactenus *Callimachi* Epigrammata in *Juvenes et Puellas*. Alia deinceps multipli-  
cis argumenti consequuntur.

Tetrastichon tituli expers, incipiens: Ηλθε θεάτητος. Id in *Anthologia*, *Lib. I. cap. 67.* et in Editione *Græviana* inter Epigrammata, *Num. VIII.* reperias. Ejus verò non inepta sit inscriptio: *In laudem Theateti Poete.*

Hexasticon sine titulo, cuius initium: Μικρή τις δίνυσε. Extat in *Anthologia*, *Lib. I. cap. 67.* necnon in *Græviana* Editione inter Epigrammata, *Num. IX.* rectéque inscribi possit *Ad Bacchum de Breviloquentia.*

Eis νετίων. In Eetionem. Tetrastichon ab his verbis incipiens: Ήρως νετίων, quod exhibet sive *Anthologia*, *Lib. IV. cap. 8.* si-  
ve *Græviana* Editio in Epigrammate XXV. Huic non male conveniat titulus: *In Her-  
rois statuam pedestrem.*

Distichon sine titulo, cuius hæc prima verba: Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα. Invenias ἀδηλον in *Anthologia*, *Lib. I. cap. 67.* Estque Jocus in *Callimachum.*

Eodem averso. Distichon alterum, hoc initio: Τῆδε σάων ὁ δίκαος. Occurrit in *Anthologia*, *Lib. III. cap. 1.* atque in Editione *Græviana* inter Epigrammata, *Num. X.* Est autem *Callimachi*; neque ineptè addideris: *Saonis filii Diconis Epitaphium.*

Tetrastichon incipiens: Κύσικον ἦν ἔλθης, quod tūm in *Anthologia*, *Lib. III. cap. 6.* tūm in Editione *Græviana* inter Epigrammata, *Num. XIII.* occurrit. Videtur inscribi posse *Critiae tumulus.*

Eis Τίμωνα τὸν μισάνθρωπον. In Timonem Misanthropum. Distichon incipiens: Τίμων-

οὐ γὰρ ἔτ' ἔστι, quod quidem extat sive in *Anthologia*, *Lib. III. cap. 7.* sive in Editione *Græviana*, ubi Epigramma recense-  
tur IV.

Hexastichon, cuius prima verba: Ηῶι μελάνιστον. Id pariter repræsentat *Antholo-  
gia*, *Lib. III. cap. 23.* et *Græviana* Editio in Epigrammate XXI. eique conveniat inscriptio: *Menalippi et Basilonis sororis Epitaphium.*

Tetrastichon, quod incipit: Εἰχο ἀπὸ σπικρῶν. Invenias in *Anthologia*, *Lib. III. cap. 28.* perinde ut inter Editionis *Græviana* Epigrammata, *Num. XXVIII.* meritóque in-  
scribas *Micyli Elogium sepulcrale.*

Hexastichon incipiens: Ωμοστογλίγνα-  
τος, quod extat in *Anthologiae Lib. VII.* sub finem, atque in *Græviana* Editione inter Epigrammata, *Num. XXVI.* Inscripti autem rectè possit *In Callignotum infidum amatorem.*

Ex recensitorum hactenus Epigramma-  
tum serie patet *Callimachi* Epigrammata omnino viginti duo nostro in Codice con-  
tineri, quæ tūm in *Anthologiae Libris spar-  
sa*, tūm in *Græviana* ejusdem *Callimachi* Editione collecta reperias, præter unum supra notatum atque insertum.

103. Αλκαίον ἐπιγέγραμπα. Alcæi Epig-  
rammata. Cujus tamen, licet uno com-  
plexa titulo, non sunt omnia, ut infe-  
riùs indicabitur.

Octastichon inscriptionis expers, in *Dorothei* scilicet Musici laudem. Incipit: Σύμφωνον μαλακοῖσι, extatque in *Anthologia*, *Lib. I. cap. 11.* sub *Alcæi* quidem nomi-  
ne, sed sine arguento.

Octastichon alterum, tituli etiam ex-  
pers, quod incipit: Οὐκ ἔτ' ἀρὰ φρυγίν, le-  
giturque in *Anthologia*, eod. *Lib. et cap. sub Alcæi* nomine, atque hoc lemmate: *Eis τὴν Σατύρου.* In columnam Satyri, nempe *Marsyæ.*

Decastichon sine titulo, de quodam vi-  
delicit *Gallo Cybeles*, qui Leonem tympani strepitū avertere consueverat. Incipit: Κειράμενος χονίμων, occurritque in *Antholo-  
gia*, eod. *Lib. I. cap. 33.* præfixo *Alcæi* no-  
mine, nullo tamen arguento.

Hexastichon titulo destitutum, in *Cy-  
clopem*, ut videtur, *Polyphemum*. Incipit: Πίομεν ὁ ληνᾶς. Occurrit verò in *Antholo-  
gia*, *Lib. II. cap. 47.* sub ejusdem *Alcæi* no-  
mine, sed omissso arguento.

Eodem averso. Tetrastichon sine inscri-  
ptio-

ptione, in *Philippi* videlicet Macedoniæ Regis turpem fugam. Incipit: Αχλαυτοὶ ϗ ἀθαντοί, extatque in *Anthologia*, Lib. III. cap. 5. *Alceo* adscriptum, sed argumento defectum.

*Eis τὸς σὺν θερμοπύλαις θανόντας.* In occisos ad Thermopylas. Distichon ab his verbis incipiens: Μυράσι πτὲ τῆδε. Occurrit in *Anthologia*, eod. Lib. et cap. eadem quidem inscriptione, sed omissio Auctoris nomine.

*Eis τὸς αὐτούς.* In eosdem. Alterum Distichon, incipiens: Ωξεῖν' ἄγγειλον, quod in *Anthologia*, eod. Lib. et cap. legas eodem modo inscriptum, at sine Auctoris nomine; licet id Cicero *Quæst. Tuscul.* Lib. I. cap. 42. Simonidi apertè adscribat.

*Eis τὸς αὐτούς.* In eosdem. Tertium Distichon incipiens: Ακμᾶς ἐπωνῖαν. Hoc in *Anthologia*, eod. Lib. et cap. pariter invenias eadem inscriptione præditum, sed sine Auctoris nomine.

*Eis τὸς αὐτούς.* In eosdem. Tetraстichon incipiens: Ασθετον κλέος. Extat in *Anthologia*, eodem Lib. et cap. eadem inscriptione, nullo tamen Auctoris expresso nomine.

*Eis τὸς αὐτούς.* In eosdem. Tetraстichon alterum, incipiens: Εἰ τὸ κελῶς. Occurrit in *Anthologia*, eod. Lib. et cap. eodem titulo, sed Auctoris nomine prætermisso.

Hexastichon inscriptione destitutum, *Aspasii* nempe naufragi Epitaphium, hoc initio: Στυγνὸς ἐπ' ἀριτούρῳ, quod legas in *Anthologia*, Lib. III. cap. 22. sub *Alcei* quidem nomine, sed sine argumento.

Hexastichon alterum expers tituli, quod incipit: Οὐδὲ θανὼν ὁ φρέσεις. Idem invenire est in *Anthologia*, Lib. III. cap. 25. hac inscriptione: Αλκαῖον εἰς τὸν αὐτὸν. *Alcei* in eundem, id est *Hipponactem*.

104. Octastichon sine titulo, ita incipiens: Πάσι σοι οἰχομένῳ. Extat in *Anthologia*, eod. Lib. et cap. inscriptum Αλκαῖον εἰς πιλάδην. *Alcei* in *Pyladem*.

Octastichon alterum inscriptionis expers, in *Hermocratem* nimirum pugilem. Incipit: Οἶον ὄφας (in excusis ὄφης) ϗ ξεῖνε. Id legas in *Anthologia*, Lib. IV. cap. 2. sub *Alcei* etiam nomine, sed sine argumento.

*Eis ἄγαλμα πανός.* In statuam Panos. Hexastichon, cuius hæc prima verba: Εμπνει πάντα λαροῖσιν. Occurrit in *Anthologia*, Lib. IV. cap. 12. ita inscriptum: Αλκαῖον εἰς τὸ αὐτό. *Alcei* in idem, nempe *simulacrum Panos*.

Αλκαῖον. *Alcei*. Octastichon incipiens: Οἶον ὄφης ϗ ξεῖνε. Idem quod supra, hoc initio: Οἶον ὄφας, &c. est enim Exscriptoris incuria geminatum.

Eodem averso. Βακχολίδην. Bacchylidis. In *Eudemum* scilicet Tetraстichon, incipiens: Εὔδημος τὸν μὸν. Habes in *Anthologia*, Lib. VI. cap. 7. sed argumento destitutum.

Αλκαῖον εἰς ἔρωτα. *Alcei* in Amorem. Hexastichon incipiens: Τίς σε τὸν οὐχ' οσιώς. Occurrit in *Anthologia*, Lib. IV. cap. 12. eodem modo inscriptum.

Σαπφοῦς. Sapphus. Tetraстichon nempe in *Timadēm* puellam ante nuptias mortuam, quod incipit: Τιμάδος ἀδεκόνις. Legitur in *Anthologia*, Lib. III. cap. 12. sed omissio argumento.

Distichon sine Auctoris nomine et argumento, nempe de Donariis quæ *Meniscus Pelagoni* piscatori, filio suo, dicavit. Incipit: Τῷ γειπεῖ πελάγων πατήρ. Extat vero in *Anthologia*, Lib. III. cap. 3. sub *Sapphus* nomine, licet sine argumento.

*Eis Σαπφώ ἀδηλον.* In *Sapphonem*, incerto Auctore. Hexastichon incipiens: Ελθετε ωρὸς τέμενος, quod eodem titulo prædictum occurrit in *Anthologia*, Lib. I. cap. 67.

Πλάτωνος. Platonis. In *Sapphonem* scilicet Distichon, hoc initio: Εγεα τὰς μούσας. Id legas in *Anthologia*, eod. Lib. et cap. ita inscriptum: Πλάτωνος εἰς τὴν αὐτήν. Platonis in eandem, nempe *Sapphonem*.

*Πινυτοῦ εἰς αὐτήν.* Pinyti in eandem. Distichon incipiens: Οτέα μὲν σαπφώ· quod in *Anthologia*, eod. Lib. et cap. occurrit etiam ἀδηλον, sive incerto Auctore.

Αγαρέοντος. Anacreontis. In *Timocriti* videlicet laudem Distichon, cuius prima verba: Καρτερὸς σὺ πολέμοις. Extat in *Anthologia*, Lib. III. cap. 5. expers tamen argumenti.

Tetraстichon titulo defectum, in *Aga-*  
*thonis* nimirum demortui laudem, incipiens: Αεδήρων πεθανόντα. Occurrit in *Anthologia*, eod. Lib. et cap. inscriptum *Ana-*  
*creontis* duntaxat nomine, sine argumento.

Tetraстichon expers tituli, hoc initio: Η τὸν θύρον ἔχουσ' ἐλιπωνίας. Extat in *Anthologia*, Lib. IV. cap. 6. sub *Anacreontis* nomine; at sine argumento, quod his verbis

exprimi possit: *In imaginem Nymphaeum Baccho munera afferentium.*

*Τιμοκρέοντος.* Timocreontis. Tetrastichon incipiens: Ιζευ ὑπὸ σκηνὴν. Id legas in *Anthologia*, Lib. I. cap. 20. sed alio sub nomine, scilicet *Hermocreontis*, et omissa lemmitate, quod ita suppleas: *In Mercurii statuam à Nicagora sub platano positam.*

*Εἰς ἀκόντα σαπφοῦς δημοχάειδος.* Democharidis in imaginem Sapphus. Octastichon incipiens: Αὐτή σοι πλάτεα. Legitur *ibid.* Lib. IV. cap. 27.

*Αντιπάτεου σιδωνίου εἰς σαπφώ.* Antipatri Sidonii in Sapphonem. Distichon incipiens: Μημοσύναι ἔλε θάμβος. Habes *ibid.* Lib. I. cap. 67. at omissis tituli verbis *Eis σαπφώ*; quippe argumentum ex ipso carmine satis patet.

*Τουλλίου λαυρέα εἰς τὴν αὐτήν.* Tullii Laureæ in eandem. Octastichon incipiens: Αἰολικὸν παρὰ τύμβον. *Ibid.* Lib. III. cap. 25.

*Eod. averso.* *Ανύτης.* Anytes. Tetrastichon incipiens: Κύθεριδος ώπος ὁ χῶρος. Occurrit in *Anthologia*, Lib. I. cap. 38. Argumentum *Statua Veneris juxta mare posita*, quod *ibi* quoque desideratur.

Tetrastichon alterum titulo destitutum, quod incipit: Λύδιον οὖδας ἔχει. Occurrit *ibid.* Lib. III. cap. 5. Sub *Anytes* etiam nomine; at sine argumento, quod exprimere his verbis liceat: *In Amyntorem Philippi filium foriter dimicando peremptum.*

Hexastichon expers tituli, duobus constans Epigrammatis in unum confusis. Horum prius distichum est, ita incipiens: Οὐχὶ Θεμιστολέος μάγυν τάφος, legiturque in *Anthologia*, Lib. III. cap. 5. sub ejusdem *Anytes* nomine; inscribique potest *In Themistoclis tumulum*. Posterius verò tetrastichum est, hoc initio: Ημαθίνη ὁ τρῶτος, extatque ἄδηλον *ibidem eod. Lib. et cap.* cui pro lemmitate præscribendum: *Philippi Macedoniae Regis Epitaphium.*

Tetrastichon inscriptione defectum, incipiens: Μνεῦμα τόδε φθιμένου μενεδαιον. Habes in *Anthologia*, *eod. Lib. et cap.* sub *Anytes* quoque nomine, licet absque argumen-to. Inscrive *Menedei Epitaphium.*

Tetrastichon titulo æquè destitutum, quod incipit: Παρθένον ἀντίσιν, atque *ibid. Lib. III. cap. 23.* sub *Anytes* nomine reperitur. Argumenti loco præmittatur: *In præmaturum Antibia virginis obitum.*

*Eis ἀκρίδα.* In Locustam. Tetrastichon incipiens: Ακρίδι τῷ κατ' ἀργυρα, quod *ibid.*

*Lib. III. cap. 24.* invenias *Anyte*, sive *Leoniæ* adscriptum.

*Εἰς ἀλέκτηρα.* In Gallum gallinaceum. Tetrastichon incipiens: Οὐκ ἐπ μὲν τὸ πάσσ, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* legas *Anytes* nomine præditum.

106. Tetrastichon expers tituli, hoc initio: Λοιδία δὴ τὰδε πατέι. Exhibit id *Anthologia* Lib. III. cap. 32. sub ejusdem *Anytes* nomine, sed argumento destitutum, quod hujusmodi esse potest: *In Eratus mōrientis suprema verba.*

Tetrastichon aliud sine inscriptione, ita incipiens: Πολλάκι τῷδε ὀλοφυμά, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* occurrit eidem *Anyte* adscriptum, at sine argumento; id autem sic exprime: *In Phylenidem puellam immatura morte sublatam.*

Tetrastichon et Auctoris nomine, et lemmitate defectum, incipiens: Ξεῖν’ ὑπὸ τὰδε πέντε. Extat *ibid. Lib. IV. cap. 12.* ita inscriptum: *Ανύτης εἰς τὸ αὐτό.* Anytes in idem. Hoc est, *Eis ἄγαλμα Πανὸς ἴσταμενον ἐπὶ ὅλῳ ὕδατος ἀφοτητὶ πέοντος.* In imaginem Panos stantem in deflexu aquæ sine strepitu fluentis.

Tetrastichon, inscriptione prætermissâ, incipiens: Εξ αὐτοῦ διός ἐστιν, quod occurrit *ibid. eod. Lib. et cap.* sub *Anytes* etiam nomine, in eandem scilicet *Panos* imaginem.

Tetrastichon inscriptionis etiam expers, hoc initio: Φειξούμα τόδε πανί. Legitur *ibid. Lib. VI. cap. 24.* *Anyte* saepius memoratae adscriptum; at sine argumento, quod his verbis dilucidè exponas: *In munus à Theudoto Pastore Pani ac Nymphis stabulariis oblatum.*

*Πλάτωνος εἰς λίθον γεγλυμένον.* Platonis in lapidem exsculptum. Tetrastichon, quod incipit: Εἰνόντα πέντε βοῦν. Extat in *Anthologia*, Lib. IV. cap. 18. sed breviorem ibi hunc titulum præfert: *Πλάτωνος ὄμοιον.* Platonis simile. Ad alium scilicet lapidem refertur, nempe Crystallum, de quo *Diodori* præit Epigramma; *Plato* verò laudat hic exiguum Iaspidem quinque boves præclarè insculptas exhibentem.

*Τοῦ αὐτοῦ.* Ejusdem. Monostichon vide-licet hexametrum:

*Eis λίθος ἄρμ', ἐλατήρ, ἵπποι, ζυγὸν, ἵνια, μάστη.*

Quod *ibid. eod. Lib. et cap.* legas.

Hujus ego singulari concinnitate mirificè delectatus, tentare confessim cœpi an-

ele-

elegantissimum Poetam cum solertissimo Sculpore de brevitate certantem fas esset àemulari, Græcumque versum altero Latino commodè reddere. Sed nullum neque studium, neque labor meliorem alium à Musa valuit impetrare, quam sequentem:

*Currus, equi, vir, lora, jugum, flagrum  
est lapis unus.*

Mihi tamen iniquiorem Thaliam experto, deque parum felici vena conquerenti solatii nonnihil afferat ejusdem Versiculi interpretatione à Joanne Sotere facta, quam in *Anthologiâ* cum doctissimorum virorum interpretationibus metricis, *Megisero* curante, publicatâ invenias talibus verbis expressam:

*Saxum unum, auriga, essedum, equi est,  
jugum, habena, flagellum.*

In hoc sanè Versu (ut nomina improoria et obscuritatem orationis prætermittam) næ ille videtur sibi ad imitandum proposuisse duos illos, quos memini, *Catullianos*:

*Troja virūm et virtutum omnium acerba  
cinis.*

*Quam modò qui me unum atque unicum  
amicum habuit.*

Cæterùm *Platonici* carminis interpretandicationem accuratiūs mecum reputans, conversionem ejus multò magis facilem, dilucidam, teretem, elegantem fore mihi persuasi, si *Monostichon* in *Distichi* magnitudinem explicaretur: quod ita præstare conatus sum:

*Currum, quadrupedes, hominem, juga, lora,  
flagellum*

*Unus in exiguo continet orbe lapis.*

Nihilo tamen seciūs, modò *Lapidem* genere foeminino ex *Ennii* auctoritate usurpanti detur venia, non ineptè *Monostichon* rursùs fiet in hunc modum:

*Una lapis currus, vir, equi, juga, lora,  
flagellum est.*

Aut, si universalis vocabulo *Lapis* privum *Onyx* substituere liceat, (quandoquidem ipse Plato hīc, perinde ac supra et infra, de Lapillis, sive Gemmis agit, non planè inficetum id alterum videatur:

*Unus onyx currus, vir, equi, juga, lora,  
flagellum est.*

Quæ demum è quatuor nostris interpretationibus à carmine Platonico absona minimè sit, judicent alii; Nos verò, dum sedent judices, ad intermissam Epigrammatum recensionem ocyssimè revertamur.

Distichon sine Auctoris nomine et lemmate, incipiens: *Ασφεγγίς οὐκινθος.* In *Anthologia*, eod. Lib. et cap. inscribitur τοῦ αὐτοῦ. Ejusdem, id est *Platonis*. Argumentum est *Apollo cum Daphne hyacintho insculpti*.

*Πλάτωνος τοῦ γεωτίεσυ.* Platonis junioris. Distichon incipiens: *Α λίθος ἐπ' ἀμέθυστος.* Extat *ibid. eod. Lib. et cap.* acceduntque ibi ad ejus inscriptionem hæc verba: *ἐύς Διόνυσον γεγλυμψέντος εἰς ἀμεθύστῳ.* In Bacchum sculptum in amethysto.

Eod. averso. *Ηρίων.* Erinnæ. Tetrastichon incipiens: *Εξ ἀπαλῶν χειρῶν,* quod legitur *ibid. Lib. IV. cap. 5.* inscribique potest *In Agatharchidis pictam imaginem.*

*Ἐις ἡρίων ἀσπληνίαδον.* Asclepiadis in Erinnam. Tetrastichon incipiens: *Ο γλυκὺς ἡρίων.* Extat *ibid. Lib. III. cap. 25.* Est verò in ejus obitum Epigramma.

*Ἐις ἡρίων ἄδηλον.* In Erinnam, incerti. Octastichon incipiens: *Αστεῖον ἡρίων,* quod *ibid. Lib. I. cap. 67.* eodem titulo occurrit.

*Αντιπάτησου θετταλῶν.* Antipatri Thessali. Decastichon, cuius hoc initium: *Τάσσε θεογλώσσου.* Legitur *ibid. eod. Lib. et cap.* Hoc illi argumentum congruat: *In novem Poetriás Lyricás.*

Distichon inscriptione destitutum, hoc initio: *Μημοσύνας ἔλε θάμλος.* Extat *ibid. eod. Lib. et cap.* inscriptum *Antipatri Sidonii* nomine. Id autem Collector suprascriptum oblitus, hic iterum scripsit.

107. *Ασπληνίαδον* *ἐύς ἡρίων.* Asclepiadis in Erinnam. Hexastichon incipiens: *Αρπ λοχεομένη.* Legitur *ibid. Lib. III. cap. 25.* sed *ἀδειαστον*, id est, sine Auctoris nomine.

*Λεωνίδου* *ἐύς αὐτήν.* Leonidae in eandem. Tetrastichon hoc initio: *Παρθενικὴ μελοδὸν.* Extat *ibid. eod. Lib. et cap.*

*Αντιπάτησου* *ἐύς αὐτήν.* Antipatri in eandem. Octastichon incipiens: *Πανερεπῆς ἡείνα,* quod *ibid. eod. Lib. et cap.* legitur.

*Ἄδηλον* *ἐύς τοὺς ἑνέα.* Incerti Auctoris in novem (scilicet Poetas Lyricos). Decastichon incipiens: *Πινδαρε μουσάων.* *Ibid. Lib. I. cap. 67.*

*Ἐις τὸν θ.* In IX. (nempe Lyricos). Octastichon incipiens: *Ἐχλαγει σὺ θιλῶν.* *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Eodem averso. *Σιμογίδου ἐπιγέάματα.* Simonidis Epigrammata, videlicet quæ sequuntur.

Hexastichon expers lemmatis, incipiens: *Εὐφρά τὸ θαῖς.* Habes in *Anthologia*, *Lib. I. cap.*

*cap. 72.* Argumenti vice accedat: *In Eu-*  
*phronem, Thaida et Bædium meretrices.*

*Eis* *τὸν νικόνιον.* In Niconicum. Hexastichon incipiens: *Τῶν ἀντοῦ τις ἔχετος.* Id tanquam in unum hominem duntaxat conscriptum, uno hīc tenore decurrit; sed in *Anthologia*, *Lib. III. cap. 1.* in Epigrammata duo multū diversa distribuitur, quorum prius distichum est Simonidis in *Diconicum*, non verò *Niconicum*, ut hīc legitur, quod incipit *Τῶν ἀντοῦ*, &c. velut supra; alterum incerti Auctoris tetrastichum in *Sabinum*, cuius prima hæc verba: *Τοῦτο πηγετέρης.* Utrique desunt lemmata, utroque Elogium funebre continetur.

*Eis* *τὸν τῶν ἀθναίων ἀποθανόντας.* In Athenienses interfectos (bello scilicet Peloponnesiaco). Tetrastichon incipiens: *Χαίρεται* *ἀετῆς.* Extat in *Anthologia*, *Lib. III. cap. 5.* sub Simonidis nomine, sed omisso argumento.

Tetrastichon alterum, in Athenienses videlicet qui ad fluvium *Eurymedontem* occubere, incipiens: *Οἴδε παρεύρυμέθυπι*, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* occurrit sub Simonidis nomine, sine ullo tamen argumento.

*Eis* *λέοντα πνεύμα.* In Leonem quemdam. Octastichon incipiens: *Θηρῶν μὲν κάρπιος.*

Hoc loco animadvertis velim, id Octastichon nullā divisionis notā hīc distingui, tanquam unius Auctoris, videlicet Simonidis, uniusque argumenti carmen. Quod in *Anthologia*, *Lib. III. cap. 5.* secus se habet. Ibi enim in tria divisum est: in Distichon nempe Simonidis, incipiens: *Θηρῶν μὲν κάρ-*  
*πιος* (quod idem sonat ac *κράπιος*) ut supra; in alterum etiam Distichon incerti Auctoris, hoc initio: *Αλλ' εἰ μὴ θυμόν*; atque in Tetrastichon demum, cuius prima verba: *Τῶνδε δι' ἀνθρώπων*, Auctoris pariter incerti. Ad bina verò Disticha quod attinet, ea debent in unum prorsus Tetrastichon coalescere, quippe ad unum argumentum pertinentia; Tetrastichon autem Disticha subsequens, utpote quod ad rem planè aliam spectat, ab illis est penitus segregandum.

Porrò quæ suadent ut bina Disticha conjungenda censeam, hæc nempe sunt: quod posterioris sententia prioris sententiæ bellè congruat, ejusque sit quasi appendix, id etiam Conjunctione *Αλλὰ*, unde incipit, validius confirmante; deinde quod è mutuo utriusque concentu existat Epigramma ingeniosum, sublime, omnibusque numeris absolutum. Singula verò clarius elucebunt,

si Disticha ipsa jam conjuncta in medium proferantur, subjectâ Latinâ interpretatione Tetrasticho à nobis inclusâ, quæ ita se habent:

*Θηρῶν μὲν κάρπιος ἐγώ, θνατῶν δ' ὁν ἐγώ νυν*  
*Φευρῶ, τῷδε τάφῳ λαίψας ἐμβέβεκας.*  
*Αλλ' εἰ μὴ θυμόν γε λέων ἐμὸν, ὡς ὄνομ' εἶχεν,*  
*Οὐκ ἂν ἐγώ τύμεω τῷδε ἐπιθηκε πόδας.*

*Hunc tumulum servo fortissimus ipse Ferarum,*  
*Ut fuit ipse Hominum, qui jacet intus, Homo;*  
*At nisi et ille meum, Leo nomine, pectus haberet,*  
*Non mibi mens fuerat hic posuisse pedem.*

Ex Inscriptione itaque nostro in Codice duobus hisce Distichis præfixâ, quæ in *Anthologiam* lemmatibus deficiunt, appareat eorum esse argumentum, in Virum fortissimum, *Leonem* nomine, ad quod tumuli custos alludit *Leo* fera, qui loquens inducit. Quanquam et id Epigramma *Leonidae*, fortissimi Lacedæmonum Ducis, Epitaphium censerri potest, si ad *Leonem* respicias, qui, Herodoto auctore in *Polymlia*, illius tumulo impositus est; ac proinde ab eodem *Leone* ad *Leonidae* pariter nomen alludi. Hoc denique loco videtur obiter annotandum, nostram Hexametri versûs Distichi posterioris Interpretationem, ab eâ sensu planè discrepare, quam *Eilhardus Lubinus*, *Anthologiam* prosarius interpres, edidit. Utra verò sit potior, videant alii.

Ad Tetrastichi autem argumentum quod spectat, non ineptè dixeris *Tegeatum* esse laudem, qui pro Patria pulchram in acie mortem oppetiere.

*Eis* *τὸν σὺ πολέμω ἀποθανόντας.* In occisos bello, Athenienses videlicet, qui in Eubœa in angustiis montis *Dirphys*, sive *Dirphias* cæsi sunt. Tetrastichon incipiens: *Δίρφων ἐδριθήμεν.* Occurrit in *Anthologia*, *Lib. III. cap. 5.* at sine argumento.

*108. Eis* *τὸν μετὰ λεωνίδου ἀποθανόντας.* In occisos cum Leonida. Tetrastichon incipiens: *Εὐκλέας αἴδι κένευθε*, quod extat *ibid. eod. Lib. et cap.* sed expers argumenti.

Distichon argumento destitutum, *Timo-*  
*creontis* nempe *Rhodii* Epitaphium, incipiens: *Πολλὰ φαγὼν καὶ πολλὰ πιὼν.* Legitur *ibid. Lib. III. cap. 6.* argumento etiam prætermisso.

Distichon alterum superiori contrarium, incipiens: *Βαγὰ φαγὼν καὶ βαγὰ πιὼν.* Extat *ibid. eod. Lib. et cap.* sed *ἄδηλον.*

*Eis* *κλεισθένη.* In Clisthenem. Tetrastichon incipiens: *Σῶμα μὲν ἀλλοδαπόν.* Ha-

bes

bes *ibid. Lib. III. cap. 22.* sed lemmate defectum.

Tetrastichon sine lemmate, in *Timarchi* scilicet verba ad filium, incipiens: Φῦ ποτε τίμαρχος. Occurrit *ibid. eod. Lib. et cap. 22.* etiam lemmate prætermisso.

Tetrastichon etiam argumento destitutum, nempe in *acerbum ejusdem Timarchi obitum*, hoc initio: Αἴ δὲ γοῦσε βαρεῖα. Quod *ibidem legas Lib. III. cap. 13.* argumento peræquè fraudatum.

*Eis σοφοκλῆν.* In *Sophoclem.* Octastichon incipiens: Εοσέαθης γηραιὲ. Extat *ibid. Lib. III. cap. 25.* sed bipartitum; præit enim Distichon, cuius initium est modo allatum Εοσέαθης, &c. Tum subit Hexastichon, cuius prima verba: Ηρέμ' ωτέρ τύμβοιο; hoc autem non *Simonidis nomine*, sed incertum Auctoris titulo ibi designatur.

*Eis ἀνακρέοντα.* In *Anacreontem.* Decastichon incipiens: Ημερὶ πανθελυπειρχ. Occurrit *ibid. Lib. III. cap. 25.*

*Eod. averso.* *Eis ἀνακρέοντα.* In *Anacreontem.* Decastichon alterum, hoc initio: Οὐντος ἀνακρέοντα. *Ibid. eod. Lib. et cap. 25.*

Tetrastichon sine lemmate, *Pythonactis* scilicet Epitaphium, quod incipit: Ενθάδε πνθάναντα. Legitur *ibid. Lib. III. cap. 32.* vel potius 31. lemmate pariter destitutum.

Octastichon ita incipiens: Ιφίων τόδε ἔγεα-ψε κορίνθιος. Extat *ibid. Lib. IV. cap. 6.* sed in quatuor Disticha tributum. Primum quidem *Simonidis* incipit: Ιφίων, &c. ut supra, laudatque *Iphionis Corinthii* picturam; alterum ἄδηλον, hoc præferens initium: Οὐκ ἀδαίς ἔγεαψε κίμων, *Simonis Pictoris* tabellam prædicat; tertium ἀδέστον, hoc principio: Ατέχνα τὸν ἔλεγχον, alius Pictoris commendat artem; quartum ἄδηλον, iam bis conscriptum, ab his incipiens verbis: Μικροῦ κατέχον, Uvam celebrat nativis coloribus adumbratam. Singula verò Disticha impressa perinde lemmatis deficiunt, ac Msta.

*Eis θύεας.* In *Januas* (nimirum depictas). Distichon pariter iambicum, incipiens: Κίμων ἔγεαψε. *Ibid. Lib. IV. cap. 23.*

Tetrastichon hoc initio: Οὐτοὶ τοι μελῖν, expers quidem tituli, sed quod recte inscriperis *Ad bastam Jovi sacram.* Occurrit *ibid. Lib. VI. cap. 25.* lemmate quoque destitutum.

109. Tetrastichon incipiens: Βούδιον ἀλη-τησ, quod non male inscribatur *De Bœ-  
dii et Pythia meretricum Donariis Veneri di-*

catis. Legitur *ibid. lib. VII.* sub initium, argumento etiam omissio.

Tetrastichon aliud, carens lemmate, in *Theocritum* scilicet *Olympico certamine victorem*, cuius hæc prima verba: Γνῶθι θέόκριτον. Invenias *ibid. Lib. I. cap. 1.* argumento pariter defectum.

*Eis διοφάντα.* In *Diophontem.* Distichon incipiens: Ιαθμα χε πυθοί. *Ibidem, eod. Lib. cap. 2.*

Distichon iambicis versibus, sine lemmate, in *Statuam* scilicet *Bacchæ à Scopæ elaboratam.* Extat *ibid. Lib. IV. cap. 3.* lemmate pariter omissio.

Hoc in Carmine tam ex æquo Poetæ mens cum Artificis manu contendit; tam vividum, tam animosum Epigramma visum est, temperare ut mihi non potuerim, quin Latino etiam Disticho ipsum exprimere conarer. En habes utrumque.

*Tis ἄδε;* Βάκχα. *Tis δέ μνι* ξέσε; Σκόπας.

*Tis δὲ εξέμηνη* Βάκχος, ή Σκόπας; Σκόπας.

*Equis ea est?* *Bacchans.* *Cujus labor?* *Hanc Scopæ fecit.*  
*Quo furit?* *An Baccho?* *Non,* furit illa Scopæ.

Tetrastichon, omissio argumento, incipiens: Περχετέλης ὁν ἔπαχε. Inscribendum *In Praxitelis Amorem.* Occurrit *ibid. Lib. IV. cap. 12.*

*Eis Πάνα.* In *Pana.* Distichon hoc initio: Τὸν περιγόπου εὑρὲ. Legitur *ibid. eod. Lib. et cap. 12.* ita inscriptum: *Eis ἔπειρη Πάνα.*

Tetrastichon sine lemmate, in *Pontem* videlicet à *Xenocle Lyndio constructum*, incipiens: Ωλῆτε δίμυτεος. Hoc ipsum *ibid. Lib. IV. cap. 29.* expers quoque lemmatis reperias.

*Eis ἀλφειὸν χε ἀρέθουσαν.* In *Alpheum et Arethusam.* Distichon, quod incipit: Αλφεος ἔρρειν ὑδωρ. Extat *ibidem, eod. Lib. et cap. 29.* *Simonidis* Epigrammati proximè superiore subnexum, at omissio Τοῦ ἀντοῦ.

Distichon expers argumenti, nempe in *Hominem occisum, et ab occisore ipso tumulatum*, incipiens: Οἱ μὲν ἐμὲ κτείναντες. *Ibid. Lib. III. cap. 6.*

Distichon aliud inops etiam inscriptionis, hoc initio: Τούσδε πντ' ἐπ' απάρτας. Occurrit *ibid. Lib. III. cap. 22.* omissâ pariter inscriptione, quam ita suppleas: *In Sparte Victores naufragio extinctos.*

Eodem averso. *Eis ισιόδῳ.* In *Hesiodum.* Hexastichon incipiens: Λοκρίδος ς νέμει. Extat *ibid. Lib. III. cap. 25.* sed *Alesai*, non *Si-monidis*, sub nomine.

*Eis*

*Eis τεγέατας.* In Tegeatas. Tetrastichon incipiens: Εὐθυμάχῳ ἀνδρῷ. *Ibidem, Lib. III. cap. 5.*

*Eis ιουλιανόν.* In Julianum. Distichon hexametris versibus, Imperatoris *Juliani Epitaphium* complectens, quod incipit: Ιουλιανὸς μετὰ τίχεων. Occurrit *ibid. Lib. III. cap. 7.* sed Auctoris nomine prætermisso.

*Ἄδεσσον.* Expers Auctoris. Distichon hexametris item versibus, incipiens: Ζεῦ βασιλεῦ. Legitur *ibidem, Lib. I. cap. 31.* pariter ἄδεσσον, et argumento destitutum, quod *Amoris Fovis minantis verba* complectitur.

*Ερμηκρέοντος τᾶς νύμφης.* Hermocreontis ad Nymphas. Tetrastichon incipiens: Νύμφαι ἐφυδρίατες. Habes *ibid. Lib. I. cap. 3.*

*Παλλαδᾶ.* Palladæ. In *Aurum* scilicet Distichon, hoc initio: Κρυστὴ πάτερ κολάκων. Extat *ibid. Lib. I. cap. 66.* sine peculiari argumento.

Distichon inops tituli, cuius initium: *Φεύγετε τοὺς πλουτῶντας.* Invenias *ibid. eod. Lib. et cap.* sub *Palladæ* nomine, *in Ditescentes.*

*Eis ἐπίχαρμον.* In Epicharmum. Tetrastichon incipiens: Εἴπι παρελλάσαι φαίθων. Legitur *ibidem, Lib. III. cap. 33.* ἄδηλον, ut nostro in Codice, ubi nulla fit Auctoris mentio. Hoc ipsum refert Laertius *Lib. VIII.* in *Epicharmi* Vitâ, ejusque statuæ subscriptum fuisse testatur: unde quām antiquum sit, facile intelligas.

*Σιμονίδου εἰς τὸν Ῥόδῳ κολοσσόν.* Simonidis in Colossum Rhodium. Distichon iambicis versibus, incipiens: Τὸν Ῥόδῳ κολοσσόν. Extat in *Anthologia, Lib. IV. cap. 6.*

110. *Eis ὄμηρον.* In Homerum. Tetrastichon hoc initio: Αἴτρα μὲν ἡμαύρωτε. Quod *ibidem, Lib. I. cap. 67.* Leonida adscriptum legas.

Hexastichon inscriptionis expers, etiam *in Homerum*, incipiens: Ανδρομάχης ἐπὶ θρῖνον. Quod *ibid. eod. Lib. et cap.* sub *Alphei Mitylenæi* nomine occurrit.

Octastichon inscriptione pariter destitutum, cuius prima verba: Αἱ βίβλοι τίνος ἐγένετο; Extat *ibid. eod. Lib. et cap.* hoc titulo ornatum: Αντιφίλου εἰς Ιλιάδα καὶ Οδύσσεαν. Antiphili in Iliadem et Odysseam.

Hexastichon titulo defectum, incipiens: Οὐρανὸς ἄτρα τάχον, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* inscriptum legas *Φιλίωνον εἰς Ομηρον*. Philippi in Homerum.

Monostichon hexametrum et Auctoris nomine, et argumento prætermisso, cu-

lus initium: Ηείδος μὲν ἐγάνων. Occurrit *ibid. eod. lib. et cap.* Auctoris quidem nomine defectum, sed hoc argumento satis ample illustratum: Τίνας ἀντίποι λόγους Απόλλων περὶ Ομηρον. Id est, *Quae dixerit verba Apollo de Homero.*

*Ἀλκεσίου μεσηνίου.* Alcæi Messenii. Octastichon incipiens Ηρώων τὸν αἰολὸν. Legitur *ibid. Lib. III. cap. 25.* ubi nomini accedit argumentum: *Eis Ομηρον.* In Homerum.

Eodem averso. Αντιπάτερου σιδηνίου εἰς τὸν αὐτόν. Antipatri Sidonii in eundem, nempe Homerum. Dodecastichon ita incipiens: Τὰν μερόπων πειθώ, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* occursit, sed in Decastichon et Distichon distributum. Prius incipit: Τὰν μερόπων, &c. ut supra; posterius: Ενθάδε τὴν ιερὰν. Hoc autem ejusdem *Antipatri* esse non ibi constat, sed in eundem *Homerum*. Et sanè ab Herodoto et Plutarcho, tanquam ejus Epitaphium, diserte memoratur.

*Παύλου.* Pauli. Dodecastichon scilicet aliud in *Homerum*, hoc initio: Ενθάδε περίδων. Legitur *ibid. eod. Lib. et cap.*; at in Hexasticha duo tributum, quorum prius inscriptum Παύλου Σιλεντιαρίου εἰς τὸν αὐτὸν, Pauli Silentarii in eundem, incipit Ενθάδε, &c. ut supra; posterius verò Οὐδέλλη με χεύστιον, quod ejusdem esse *Pauli* minimè ibi liquet. Illud denique de Homeri *Tumulo* agit, hoc de ejus *Patria*.

111. *Αντιπάτερον.* *Antipatri.* In eundem videlicet *Homerum* Hexastichon, incipiens: Ηρώων κάρυν' ἀρετᾶς. Occurrit *ibid. eod. Lib. et cap.* sed in Epigrammata duo distributum, quorum prius tetrastichum incipit: Ηρώων, &c. ut supra; alterum verò distichum ab his exorditur: Εγθάδε θεῖος. Hoc autem an ejusdem sit *Antipatri*, deficiente lemmate Τοῦ αὐτοῦ, incertum. Utrumque tamen *Homeri* Epitaphium esse patet.

*Eis ήσιοδον ἀντιπάτερον.* Antipatri in Hesiodum. Octastichon incipiens: Ελλάδος εὐεχόεν, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* invenias in tria Epigrammata dispertitum. Atque horum quidem primum distichum est, versibus hexametro ac pentametro de more constans, incipitque: Ελλάδος, &c. ut supra; alterum verò pariter distichum; sed duobus hexametris compositum, ita exorditur: Ησίοδος μούσας, praefixo hujusmodi lemmate: Αναθηματικὸν εἰς τὸν αὐτόν. Id est, *Anathematicum in eundem*. Ad tertium quod attinet, tetrastichum est, utroque versuum genere conscriptum, hoc initio:

Ασκρη

Ασκρη μὲν πατέρις. Quæ duo posteriora Epigrammata, licet primum *Antipatri* Distichon subsequantur, an ejusdem quoque sint, non immerito dubites.

Αλκείου. Alcæi. In eundem scilicet *Hesiódum Hexastichon*, incipiens: Λοχρίδος ἔνεμει. *Ibid. eod. Lib. et cap.* Hujus verò continet Epitaphium.

Tetraستichon inscriptionis expers, *Alcæi* Hexasticho proximè recensito contiguum. Id, quippe totâ frusta quæsitum *Anthologia*, neque hactenus (quod sciam) editum, in lucem hoc loco proferre placuit; estque hujusmodi:

Ησιόδου ποτὲ βίβλον ἐμάδις ωτὸν χερσὸν ἐλίσσων  
Πυρήν ἔχαπίνεις εἶδον ἐπερχόμενην.  
Βίβλον δὲ πίφας ἐπὶ γῆν χειρὶ τούτῃ ἔσόνσαι.  
Ἐργα τὶ μοι παρέχεις, ὡ γέρεν ἱσιόδε;

Ιουλιανοῦ εἰς ἀρχιλοχοῦ. Juliani in Archilochum. Dodecastichon incipiens: Κέρερε δειμαλῶν. Extat in *Anthologia*, *eod. Lib. et cap.* sed in Hexasticha duo distributum, quorum prius habet initium modò memoratum; posterius verò tale: Νῦν πλέον ἢ τὸ πάρειθε.

Eod. averso. Εἰς τὸν ἀντόν. In eundem. Hexastichon, quod ita incipit: Σῆμα τόδι ἀρχιλόχου. Occurrit *ibid. eod. Lib. et cap.* An verò ejusdem *Juliani* sit, ambigi potest.

Λεωνίδου εἰς ἵππώναντα. Leonidæ in Hippoñactem. Hexastichon incipiens: Αρτέμια τὸν τύμπον, quod *ibidem, eod. Lib. et cap.* invenias.

Αλκαίου εἰς ἵππώναντα. Alcæi in Hippoñactem. Hexastichon hec initio: Οὐ δὲ θανάτῳ ὁ φέος. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Αντιπάτρου εἰς πίνδαρον. Antipatri in Pindarum. Tetraستichon incipiens: Πιεεκάδη σάλπιγχα. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Λεωνίδου. Leonidæ. Distichon in eundem scilicet *Pindarum*, incipiens Ηπιός ἦν ξείνοισιν. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

112. Αντιπάτρου εἰς ἀρχιλοχοῦ. Antipatri in *Æschylum*. Tetraستichon, cuius prima verba: Ω τραγικὸν φόνμα. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Ιωνος εἰς εὐεπίδην. Ionis in Euripidem. Quinque videlicet Epigrammata hujusmodi:

Tetraستichon incipiens: Χαῖρε μελαμπέπλοις.

Hexastichon incipiens: Εἰ καὶ δακρύοις.

Tetraستichon incipiens: Μνᾶμα μὲν Ἑλλὰς.

Distichon incipiens: Οὐ σὸν μνῆμα.

Distichon alterum incipiens: Απασ' ἄχαϊς.

Hæc omnia invenias in *Anthologia*, *Lib. III. cap. 25*. An verò hæc et alia, quæ ibidem sequuntur, *Ionem* unum habeant auctorem, est sanè cur dubites. Athenæus enim *Dipnosophist. Lib. V. cap. 3*. ait Thucydidem in Epigrammate de *Euripide* Athenas Ελλάδος Ελλάδα nuncupasse: quæ quidem verba cum adhuc extant in Epigrammatum proximè allatorum tertio, id esse quod Athenæus *Thucydidi* tribuit, rectè colligas. At rem ostendit apertius in *Casauboni* ad proximè designatum locum Notis *Auctor Vitæ Euripidis*, sive hujus Scholiastes, quem necdum luce, nec latinitate donatum arbitramur. Sic ille: ἐπά-φη μὲν οὖν ἐν Μακεδονίᾳ πεντάφιον δὲ αὐτοῦ Αθηνῶν γένοντες, ἐφ' οὐ ἐπέχεισθαι Θουκιδίδης ὁ Ξυνγραφεὺς (leg. συγγραφεὺς), ἢ Τιμόθεος ὁ μελοποιὸς, τάδε. Hoc est: *Sepultus quidem igitur est in Macedonia*; ejus verò cenotaphium Athenis factum est, cui *Thucydides Scriptor (Historicus)*, vel *Timotheus Poeta Lyricus* hæc inscripsit; statimque idem *Auctor* subjicit supra memoratum à nobis Tetraستichon, cujus initium: Μνᾶμα μὲν Ἑλλὰς.

Ερκίου (in excusis vulgò Erykίou) εἰς σοφοκλῆν. Ercii, sive Erycii in Sophoclem. Hexastichon hoc initio: Αἰεὶ τοι λιπαρῷ. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Eod. averso. Διοσκορίδου εἰς τὸν ἀντόν. Diοscoridis in eundem. Decastichon incipiens: Τύμπος ὃδ' ἔτ' ὁν. *Ibid. eod. Lib. et cap.* In fine hujus Decastichi *Constantinus Lascaris* manu suâ hæc annotavit: Τὸ τοῦ σιμωνίδου ωφεγγράφη εἰς τὰ οὐείνου. Id est: *Simonidis Carmen in res ad illum (nempe Sophoclem) pertinentes supra scriptum est.*

Αντιπάτρου εἰς ἀλκμῆνα. Antipatri in Alcmanem. Hexastichon incipiens: Ανέρα μὴ πέτη. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Εἰς τὸν ἀντόν λεωνίδου. Leonidæ in eundem. Tetraستichon incipiens: Τὸν χαρίεντας ἀλκμῆνα. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Αντιπάτρου σιδωνίου εἰς ἀναχρέοντα. Antipatri Sidonii in Anacreontem. Octastichon hoc initio: Θάλλοι πεπανόρυμπος. Hoc *ibid. eod. Lib. et cap.* occurrit, sed in duo Epigrammata divisum, alterum hexastichum incipiens: Θάλλοι, ut supra; alterum verò distichum hoc initio: Ω τὸ φίλον τέρξας, quod ejusdem esse *Antipatri* neque hic, neque ibi constat.

113. Τοῦ ἀντοῦ. Ejusdem (*Antipatri* in eundem *Anacreontem*). Octastichon, cuius

hæc primæ verba: Ξένε τάφοι παρὰ λιτὸν.  
*Ibid. eod. Lib. et cap.*

Toū ἀποῦ. Ejusdem (in eundem). Decastichon incipiens: Εἴναι τὸ μακάρεσσιν. Extat *ibid. eod. Lib. et cap.* at in duo divisum, nempe in Decastichon quod incipit: Εἴναι, &c. ut supra, et in Distichon quod ita exorditur: Ω ξένε τόνδε τάφοι. Id autem an ejusdem *Antipatri*?

Αὐτηπάτερον. Antipatri (in eundem). Hexastichon, cuius initium: Οὐδὲν (leg. Εὔδεις) τὸ φθιμένουσιν. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Toū ἀποῦ. Ejusdem (in eundem). Hexastichon incipiens: Τύμβος ἀνακρείοντος. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Eod. averso. Ιουλιανοῦ. Juliani (in eundem). Tetrastichon incipiens: Πολλάκι μὲν τόδ' ἔσσα. Habes *ibid. eod. Lib. et cap.* sed in Disticha duo dispertitum, quorum prius incipit: Πολλάκι, &c. ut supra; posterius verò: Πολλὰ πών τέθνηκε. Quod an ejusdem sit *Juliani*, haud planè certum. In horum Epigrammatum fine supra laudati Constantini Lascaris manu annotatum: Τὰ τοῦ σιμωνίδου εἰς αὐτὸν ωφελεζόντων εἰς τὰ σκένευτα. Hoc est: *Simonidis Carmina in eundem* (nempe Anacreontem) *supra scripta sunt in res ad illum pertinentes*.

Αὐτηπάτερον εἰς Ἰβυκον. Antipatri in Ibycum. Decastichon incipiens: Ιενε, ληγαῖ. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Αδηλον εἰς ἀρχίλοχον. Incerti Auctoris in Archilochum. Distichon hoc initio: Αρχίλοχον τάδε μέτερε. *Ibid. Lib. I. cap. 67.*

Αδηλον εἰς ἀριστοφάνην. Incerti Auctoris in Aristophanem. Hexastichon, cuius hæc prima verba: Βίβλοι ἀριστοφάνεις. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Πλάτωνος εἰς τὸν ἀυτόν. Platonis in eundem. Distichon tale præferens initium: Αἱ χάρετες τέμενος. Id mihi per totam Anthologiam investiganti nusquam occurrit. Quare in amplissima *Aristophanis* editione à Kustero elaboratâ inveniri posse suspicatus, Joanni Oteo ex Regiæ Bibliothecæ Subcustodibus, viro et mihi, et humanioribus Musis intimo, negotium dedi ut hoc diligenter ibidem exquireret. Quod quum apud Thomam Magistrum in ejusdem Poetæ Vitâ operi præviâ statim offendisset, ipsum exscripsit, et ad Nos, ejus cum Msto conferendi gratiâ, pertulit; idque non sine fœnore, quippe metrica Interpretatione à se auctum atque ornatum.

Hujus ego Interpretationis et fide et ele-

gantiâ (quæ duo rariū conveniunt) maxime delectatus, ipsam Epigrammati Graeco luculentissimo non immerito subiectandam existimavi.

Αἱ χάρετες τέμενος πλαζεῖν ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται  
Ζητοῦσα, ψυχὴν ἐνεγκλειστοῦσα.

Dum templum exquirunt Charites, quod tempore nullo  
Concidat, inveniunt pectus Aristophanis.

Cæterū excusum Epigramma cum Msto planè congruit; id verò Thomas Magister Platoni, nullo vel antiquioris, vel junioris discrimine, purè assignat.

114. Αδηλον εἰς μίνανδρον. Incerti Auctoris in Menandrum. Hexastichon incipiens: Αὐτῷ σομάτεωσιν. *Ibid. Lib. I. cap. 67.*

Οσα μοῦσαὶ καὶ οἳ αἱ. Quot sint Musæ, et quales. Decastichon hexametris versibus, hoc initio: Καλλιόπη σοφίη. Extat *ibid. eod. Lib. et cap.* sed sine Auctoris nomine, perinde ac nostro in Codice.

Κεναγόβερον. Crinagoræ. Hexastichon incipiens: Καλλιμάχου τὸ πορευτὸν, in quoddam Callimachi Poema. *Ibid. eod. Lib. et cap.* Nomen Κεναγόβερον ita primùm scripsit Constantinus Lascaris; at posteà duabus litterulis rubris, nempe λι, manu sua superscriptis, Κλιναγόβερον legendum, aut in aliis MSS. exemplaribus legi solitum monere voluit. In excusis autem Κεναγόβερον vulgo legitur.

Distichon inscriptione defectum, nempe in Herodotum, incipiens: Ηρόδοτος μούσας. *Ibid. eod. Lib. et cap.* ἀδέσποτον occurrit.

Τίνας ἄλι οἴποι λόγοις φιλήμων δι' εὐεπίδην. Quæ verba dixerit Philemon propter Euripiudem. Tristichon iambicum, incipiens: Εἰ ταῖς ἀληθείαισιν, quod *ibid. Lib. I. cap. 85.* sine Auctoris etiam nomine reperias.

Eod. averso. Εἰς μουσᾶρον. In Linum. Distichon quod incipit: Ευόλπου φίλον νιὸν. Occurrit *ibid. Lib. III. cap. 25.* subjectum *Antipatro*.

Εἰς λίνον. In Linum. Distichon incipiens: Ωδὲ λίνον θηλάσσον, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* invenias *Antipatro* pariter subjectum.

Εἰς Ορφέα. In Orpheum. Distichon, cuius prima verba: Ορφίηνα χευσσολύρην. Habes *ibid. eod. Lib. et cap.* omisso perinde Auctoris nomine.

Εἰς θεόκριτον. In Theocritum. Tetrastichon hoc initio: Αλλος ὁ χῖος. Id quidem in Anthologiae Appendix occurrit pag. 21. Theocrito Syracusio assignatum, hac inscriptione: Toū

*Tοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ἑαυτοῦ βιβλον. Hoc est: Ejusdem in Librum suum.*

*Eis ὄστριαν. In Oppianum. Distichon incipiens: Οστριάδες σελίδεωσι, quod extat in Anthologia, Lib. IV. cap. 27. subnexum Asclepiade.*

*Eis ἀρχιλόχῳ. In Archilochum. Distichon incipiens: Αρχιλόχῳ τόδε σῆμα. Legitur ibid. Lib. III. cap. 25. tanquam à Juliano Aegypti Praefecto conscriptum.*

*Eis ἵππώναντα. In Hippoactem. Hexastichon iambicis versibus conditum, cuius prima verba: Ω ξένε φεῦγε. Occurrit ἄδηλον ibid. eod. Lib. et cap.*

*Θεοκρίτου. Theocriti. Tetrastichon scatentibus constans, in eundem scilicet Hippoactem, quod incipit: Ο μουσοποίος οὐδὲν ἵππώναξ. Ibid. eod. Lib. et cap.*

*Αντιπάτρου εἰς ποίησιν. Antipatri in Ste-sichorum. Tetrastichon incipiens: Σποι-χευ ζαπλῆθε. Ibid. eod. Lib. et cap.*

115. *Eis Ἰλυκον. In Ibycum. Hexastichon hoc initio: Ρήγιον ἵταλιν, quod ibid. eod. Lib. et cap. ἄδηλον exhibetur.*

*Eis σοφοκλῆν. In Sophoclem. Hexastichon incipiens: Τὸν σε χροῖς. Quod ibid. eod. Lib. et cap. subiacet Dioscoridi, tanquam ejusdem carmen.*

*Eis τὸν αὐτόν. In eundem. Tristichon hexametris versibus conditum, incipiens: Εὐθέδ' ἐγὼ σοφοκλῆς. Extat ibidem, eod. Lib. et cap. eidem Dioscoridi subjectum.*

*Eis εὐεπίδην. In Euripidem. Tetrastichon incipiens: Τὴν εὐεπίδην, quod ibid. eod. Lib. et cap. subjicitur Ioni, tanquam Auctori.*

*Eis τὸν αὐτόν. In eundem. Tetrastichon, cuius initium: Αμακέτης σε κέκενθε. Ibid. eod. Lib. et cap. eidem Ioni, velut Auctori, sub-nexum.*

*Eis τὸν ἄρχιλον. In Aeschylum. Tetrastichon incipiens: Αἴχυλον ἦδε λέγει, quod ibid. eod. Lib. et cap. invenias ἄδηλον.*

*Διονυσίου εἰς τὸν αὐτόν. Dionysii in eundem. Hexastichon incipiens: Οὐ τε (in excusis σε) κύνων γένος. Ibid. eod. Lib. et cap.*

Eod. averso. *Αντιπάτρου εἰς τὸν ἑπτὰ σοφῶν. Antipatri in septem Sapientes. Hexastichon quod incipit: Επὶ τοῦ σοφῶν κλεῖσσαι. Ibid. Lib. III. cap. 33.*

*Eis τὸν θαλῆν. In Thaletem. Tetrastichon incipiens: Τόνδε θαλῆν μίλιπτος. Occurrit ibid. eod. Lib. et cap. sed in Disticha duo parti-tum, quorum prius incipit: Τόνδε θαλῆν, &c. ut supra, posterius: ἦ δέ οὐδίζον τὸ σῆμα (in excusis Ηρ' οὐδίζον γε τὸ). Utraque etiam*

apud Laertium in *Thalete* diversis locis, tanquam diversa, referuntur, nullis tamen auctoribus assignata; licet in *Anthologia* Antipatro, veluti sua, subjiciantur.

Tetrastichon alterum, titulo pariter de-stitutum, in eundem *Thaletem*, hoc initio: Γυμνικὸν αὖ ποτ' ἀγῶνα. Extat ibid. eod. Lib. et cap. atque in eodem *Thalete* apud laudatum Laertium, qui se hujus carminis auctorem aperte profitetur; tametsi *Anti-patro*, tanquam suum, in *Anthologia* subje-ctum videoas. Id autem exemplum maximo sit argumento, Versus quosque in *Antho-logia*, licet aliis Auctoris cujuspiam ver-sibus subjiciantur; non eidem statim, ni-si lemma *Tοῦ αὐτοῦ* præeat, esse adscri-bendos.

*Eis πίττακον. In Pittacum. Carmen Elegia-cum XXIV. versum, hoc initio: Ζεύς ἀταρ-νεῖτης, quod ibid. eod. Lib. et cap. legas Calli-macho assignatum, cui pariter Laertius as-signat in *Pittaco*.*

116. *Αλλο εἰς αὐτόν. Aliud in eundem. Distichon incipiens: Οἰκεῖοις δακρύοις. Occur-rit in *Anthologiae Appendix*, pag. 14. hoc præmisso titulo: Τὸ επὶ τοῦ μνήματος τοῦ Πίττακον. Hoc est: *Carmen super Pittaci se-pulcrum*. Idem apud Laertium in *Pittaco* sine Auctoris nomine reperias.*

*Eis βιαρτα. In Biantem. Distichon inci-piens: Κλεινοῖς τὸν δαπέδοισι, quod tūm in *Anthologia*, Lib. III. cap. 33. Callimacho sub-nexum extat, tūm apud Laertium refertur in *Biantē*, sed Auctoris nomine destitutum.*

Tetrastichon inscriptionis expers, in eundem scilicet *Biantem*, quod incipit: Τὴν δὲ βιαρτα κέκενθα. Legitur ibid. eod. Lib. et cap. sub *Diogenis Laertii* nomine, necnon apud ipsum Laertium, qui se ejus scripto-re esse in eodem *Biantē* testatur.

*Eis σόλωνα διογένοις. Diogenis (nempe *Laer-tii*) in Solonem. Tetrastichon hoc initio: Σῶμα μὲν ἦρε. Id et in *Anthologiae Appendix*, pag. 25. sub ejusdem nomine occurrit, et apud Laertium, qui se hujus Epigram-matis auctorem prodit in *Solone*.*

Αλλο. Aliud. Distichon in eundem vide-licet *Solonem*, incipiens: Η μήδων ἄδηλον, quod in eadem *Anthologiae Appendix*, pag. 14. ita inscriptum legas: Τὸ επὶ τῆς Σόλωνος ἐκόνος, *Carmen super Solonis imaginem*; sed Auctoris nomine prætermisso. Idem etiam Laertius tradit in *Solone* ejus imagi-ni inscriptum; atque Auctoris nomen pa-riter silet.

*Eis χείλων.* In Chilonem. Distichon quod incipit: Τόνδε δορυφέφανος. Occurrit in *Anthologiae Appendix*, ead. pag. tali inscriptio-ne: Τὸ ἐπὶ τῆς ἐκόνου τοῦ αὐτοῦ Χειλῶν. Id est: *Carmen in ejusdem Chilonis imagine*. Extat quoque apud Laertium in *Chilone*, sed utrobique Auctoris nomine desti-tutum.

*Eis κλεόβουλον.* In Cleobulum. Distichon ab his incipiens verbis: Αὐδρα σοφὸν κλέο-*βουλον*, quod in eadem *Appendice*, ead. pag. legitur hoc titulo: Τὸ ἐπὶ τοῦ μηνιάτος τοῦ Κλεοβούλου. Id est: *Carmen in Cleobuli sepulcro*, sed sine Auctoris nomine. Idem apud Laertium in *Cleobulo* constat hujus tumulo inscriptum; Auctoris vero nomen æquè tacetur.

*Eis περίανθρον.* In Periandrum. Distichon hoc initio: Πλούτου καὶ σοφίας. Id nobis in *Anthologia* nusquam repertum; at apud Laertium in *Periandro* reperias, nulli tam-en Auctori adscriptum.

Tetrastichon titulo defectum, in eundem videlicet *Periandrum*, incipiens: Μήποτε λυπήσῃ. Quod æquè frusta in eādem *Anthologiā* quæsivimus; extat verò apud Laertium in *Periandro*, ejus, ut ipse profi-tetur, auctorem.

*Eis ἀνάχαρσιν διογένεος.* Diogenis in *Ana-charsim*. Tetrastichon, cuius initium est: *Eis σωθίνην ἀνάχαρσιν.* Occurrit *ibid. Lib. III. cap. 33.* sub *Diogenis Laertii* nomine, qui hoc Epigramma suum esse affirmat in *Ana-charside*.

Eod. averso. *Eis φερενδήνην.* In Pherecydem. Tetrastichon hexametris versibus, ita incipiens: Τῆς σοφίας πάσον. Habes in *Anthologiae Appendix*, pag. 14. sed Auctoris no-mine destitutum. Hujus tamen Auctor est *Laertius*, ut ipse in *Pherecyde* palam as-serit.

*Eis πυθαγόραν.* In Pythagoram. Tetrasti-chon tali initio: Οὐ μόνος ἐμψύχων. Extat in *Anthologia*, *Lib. III. cap. 33.* *Diogeni Laer-tio* assignatum. Ipse quoque Laertius à se conscriptum affirmat in *Pythagora*.

*Eis τὸν αὐτόν.* In eundem. Tetrastichon alterum, cuius prima verba: Αἰ αἰ πυθαγό-ρας. Occurrit *ibid. eod. Lib. et cap.* sub ejusdem *Diogenis* nomine, tūm inter Epigram-mata, quæ ipse *Diogenes* in *Pythagoram* con-didisse profitetur.

*Eis ἐμπεδοκλέα.* In Empedoclem. Octasti-chon incipiens: Καὶ σύ ποτ’ ἐμπεδόκλεις. Hoc *ibid. eod. Lib. et cap.* invenias, sed in bina-

Tetrasticha partitum, quorum prius à ver-bis modò allatis incipit; alterum verò ab his: Νῷ μὴν ἐμπεδοκλέα, utraque *Diogeni Laertio* attributa: quæ quidem Laertius ipse pro suis edidit in *Empedocle*.

*Eis φιλόλαον.* In Philolaum. Tetrastichon hoc initio: Τὴν ταύτην πάσι. Quod *ibid. eod. Lib. et cap.* eidem *Laertio* adscriptum legas; et ipse quidem Laertius in *Philolao* dicit suum.

*Eis ἡράκλειτον διογένεος.* Diogenis in Hera-clitum. Tetrastichon ita incipiens: Πολλά-*νις ἡράκλειτον.* Legitur *ibid. eod. Lib. et cap.* sub *Diogenis Laertii* nomine; extatque apud ipsum Diogenem, qui suum esse asserit in *Heraclito*.

Tetrastichon expers tituli, quod incipi-t: Ηράκλειτος ἐγώ. Occurrit *ibid. eod. Lib. et cap.* eidem *Laertio* subjectum. At non ejus quidem est; sed ab eo inter multa duntaxat enumeratur, quæ in *Heraclitum* circunferuntur.

117. Tetrastichon alterum, tituli etiam expers, hoc initio: Μὴ παχὺς ἡρακλέιτον, quod *ibid. Lib. I. cap. 86.* inscribitur *Αδηλο-*ς Ηράκλειτον. Incerti Auctoris in *Heraclitum*. Id etiam à *Laertio* inter alia Epigram-mata in eundem condita memoratur.

*Eis ζήνων τὸν ἐλεάτην διογένεος.* Diogenis in Zenonem Eleatem. Tetrastichon incipiens: Ηθελες ὦ ζήνων. Extat *ibid. Lib. III. cap. 33.* sub *Diogenis Laertii* nomine, qui scripsisse illud affirmat in *Zenone Eleate*.

*Eis ωρωπαγόραν.* In Protagoram. Tetrasti-chon ita incipiens: Καὶ σε ωρωπαγόρη, φά-τη, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* legitur ei-dem *Laertio* attributum; estque ipsius re-verà, ut ipse in *Protagora* profitetur.

*Eis δημόκριτον.* In Democritum. Tetrasti-chon, cuius prima verba: Καὶ περὶ ἔφη σο-φῶν. Occurrit *ibid. eod. Lib. et cap.* eidem *Laertio* adscriptum, qui suum quoque es-se ait in *Democrito*.

*Eis κράτητα.* In Cratetem. Distichon he-xametris versibus conditum, incipiens: Τόσῳ ἐχω δέος ἐμαθον. Hoc *ibid. eod. Lib. et cap.* in-venias *Diogeni Laertio* subjectum, hac in-scriptione: *Eis Κράτητα, ὁμοιόπλωτον τῷ εἰς Σαρδανάπαλον.* Id est: *In Cratetem, Carmen assimile Carmini in Sardanapalum condito.* At non *Laertium*, sed ipsum *Cratetem Thebanum* habet auctorem, teste illo in eodem *Cratete*.

*Iouliarōν εἰς πύρρων.* Juliani in Pyrrho-nem. Distichon incipiens: Πατέρος δ' ὄμια-

τα λυχεδ. Id neque in *Anthologia*, neque in ejus *Appendice* inveniri à nobis ullo modo potuit; neque etiam apud Laertium in *Pyrorrhone* appetit. Quapropter ipsum ineditum suspiciati, Reipublicæ Litterariæ lubentissimè donamus; sic autem habet:

Πατρὸς δ' ὅμματα λυχεδ κατυμβριθέντα γόσο  
Ωλετο κοινῇ που. νῦξ μία πάντας ἔχει.

Eis ἀναξαγόρεων. In Anaxagoram. Distichon, cuius initium est: Εὐθάδε πλεῖθον. Extat in *Anthologie Appendice*, pag. 14. tacito Auctoris nomine, et apud Laertium, qui ejus tumulo à Lampsacenis illud inscriptum fuisse tradit in Vita *Anaxagoræ*.

Αλλο διογένους. Aliud Diogenis. Tetrastichon hoc initio: Ηέλιον πυρόεντα. Occurrit in *Antholog. Append. pag. 25.* inscriptum Eis *Aναξαγόρεων*. In Anaxagoram, idque sub Laertii nomine, qui suum esse in ejusdem *Anaxagoræ* Vita profitetur.

Eis σωκράτην ἀντιπάτευν. Antipatri in Socratem. Tetrastichon incipiens: Η χθαμαλὴν ταέδυς, quod in *Anthologia*, Lib. III. cap. 33. invenias.

Eod. averso. Eis τὸν αὐτὸν διογένους λαερτίου. Diogenis Laertii in eundem. Tetrastichon hoc initio præditum: Πινέ νυν ἐν δίος. Extat in *Antholog. Append. pag. 26.* sub ejusdem Laertii nomine, qui suum itidem esse ait in *Socrate*.

Eis πλάτωνα. In Platonem. Tetrastichon incipiens: Σαφεσύνη ταφέρων. Legitur in *Anthologia*, Lib. III. cap. 1. Auctoris nomine destitutum. Ita etiam à Laertio adducitur in *Platone*.

Tetrastichon expers tituli, cuius hæc prima verba: Γῆρα μὲν ἐν κόλπῳ. Id legas *ibidem*, Lib. III. cap. 33. inscriptum *In Platonem*, atque *Antipatri* nomini subjacens. Occurrit etiam apud Laertium in *Platonis* Vita, sed inter Epigrammata anonyma hujus tumulo inscripta.

Tetrastichon aliud, tituli pariter expers, quod incipit: Αἰετὲ τίτῃ βεῖνκες. Occurrit *ibidem*, eod. Lib. et cap. inscriptum *In eundem*, scilicet *Platonem*, et *Antipatro* itidem subjectum. At *Laertius*, apud quem ipsum quoque legas, inter anonyma refert.

Διογένους. Diogenis. Tetrastichon, in eundem scilicet *Platonem*, incipiens: Καὶ πῶς εἰ μὴ φοῖς, quod *ibidem* eod. Lib. et cap. sub *Diogenis Laertii* nomine invenias; at-

que ipse Laertius suum esse in *Platone* prædicat.

Tetrastichon inscriptione defectum, hoc initio: φοῖς ἔφυσε βευτοῖς. Extat *ibid. eod. Lib. et cap.* inscriptum Διογένους Λαερτίου εἰς τὸν αὐτόν. Diogenis Laertii in eundem (videlicet *Platonem*). Extat quoque apud *Laertium*, qui suum esse in hujus Vita pariter affirmat.

Αλλο ἀειστέλον. Aliud Aristotelis. Distichon scilicet in *Platonem*, incipiens: Βαμὸν ἀειστέλης. Id in *Antholog. Append. pag. 12.* legitur ita inscriptum: Τὸ επι τῷ βωμῷ του Πλάτωνος. Hoc est: *Carmen, sive Epigramma in Platonis ara*. At nusquam apud Laertium, neque in *Aristotelis*, neque in *Platonis* Vita reperias.

Eis ξενοφώντα. In Xenophontem. Tetrastichon hoc initio: Οὐ μόνον εἰς πέρσας, quod in ejusdem *Anthologie Append. pag. 26.* sub *Diogenis Laertii* nomine legitur. Hoc etiam Laertius in *Xenophonte* suis Epigrammatis accenset.

118. Αλλο. Aliud (in eundem scilicet *Xenophontem*). Tetrastichon incipiens: Εἰ καὶ σε ξενοφῶν. Occurrit in *Antholog. Append. ead. pag.* sub ejusdem *Diogenis* nomine, qui suis hoc peræque annumerat.

Eis τίλπων. In Stilponem. Tetrastichon iambicis versibus, cuius hæc prima verba: Τὸν μεγαρέα τὸν τίλπων. Extat in *Anthol. Append. ead. pag.* sub ejusdem *Laertii* nomine, qui suum esse in *Stilpone* profitetur.

Eis μενέδημον. In Menedemum. Tetrastichon incipiens: Εκλυον μενέδημε. Hoc quidem in *Anthologia* minimè occurrit; sed apud *Laertium* extat, qui hoc Epigramma in *Menedemi* laudem se scripsisse aperèt prædicat.

Eis απεύσιων. In Speusippum. Tetrastichon incipiens: Αλλ' εὶ μὴ απεύσιων. Hoc nobis etiam in *Anthologia* nusquam invenimus; at habet Laertius in *Speusippo*, suumque esse ibidem affirmat. Id Carmen in exemplaribus impressis, quod ad Versus secundum et quartum attinet, varietate lectionum laborat; nostrum verò Mstum, quippe in iisdem versibus mutilum, nihil prorsū ad impressorum emendationem valet.

Ανταγόρευν εἰς κράτητα καὶ πολέμωνα δύον ταφήντας. Antagoræ in Cratetem et Polemonem unā sepultos. Hexastichon hoc initio: Μνήμα τη τῷδε κράτητα. Extat in *Antho-*

*tho-*

*tholog. Append. pag. 24.* similiter inscriptum. Idem adducitur tribuiturque *Antagoræ* à Laertio in *Cratetis Atheniensis Vitâ*.

*Eis κράντωρε.* In Crantorem. Tetrastichon, cuius hoc initium est: Απίκλυσε καὶ σε κράντωρ. Occurrit in ejusd. *Append. pag. 26.* tanquam *Laertii*, qui re verâ suum esse ait in *Crantore*.

*Eis ἀρκεσίλαος.* In Arcesilaum. Tetrastichon alterum, incipiens: Αρκεσίλαε τί μοι. Hoc in ejusdem *Appendice*, *ead. pag.* legas, ut opus *Laertii*, qui suum pariter esse in *Arcesilao* profitetur.

Eod. averso. Διογένος τοῦ λαερτίου εἰς ἀειτότελην. Diogenis Laertii in Aristotelem. Tetrastichon hoc initio: Εὐρυμέδων ποτὲ μέλλει \*, quod in *ead. Append. pag. 27.* reperitur sub ejusdem *Laertii* nomine, et ab ipso, tanquam suum, in *Aristotele* refertur.

\* Pro ποτὲ μέλλει, ut etiam in *Anthologia* *Appendice* citato loco legere est, videtur haud dubiè legendum πτ̄ ἔμελλει, quemadmodum habet supra laudata *Laertii Editio Wetsteniana*.

Θεοχρίτου χίου κατ' ἀειτότελην. Theocriti Chii contra Aristotelem. Distichon hæc prima verba præferens: Ερμέιον εὔνούχου. Occurrit tūm in ejusd. *Append. pag. 23.* tūm apud Laertium in *Aristotele*.

*Eis θεόφραστον.* In Theophrastum. Tetrastichon incipiens: Οὐκ ἔχει τοῦτο μάταιον. Extat in *Anthologia*, *Lib. III. cap. 33.* Laertio adscriptum, qui pro suo in *Theophrasti Vitâ* id pariter evulgavit.

*Eis ἡρακλεῖδην.* In Heraclidem. Tetrastichon hoc habens initium: Ηθελες ἀνθρώποισι. Legitur *ibid. eod. Lib. et cap.* Laertio perinde attributum, et apud ipsum Laertium id suum esse in *Heraclide* profitentem.

Διογένος εἰς ἀντιθέτην τὸν κυνικόν. Diogenis in Antisthenem Cynicum. Tetrastichon hoc initium præferens: Τὸν βίον ἱδα \* κύων, quod in *Antholog. Append. pag. 27.* invenias sub ejusdem *Laertii* nomine, cuius verè est, ut ipse in *Antisthene* prædicat.

\* Male οἱδα typis excusum est in *Appendice* pro ιδα, qualiter in Exemplari nostro manu scriptum legitur. Quæ duo immane quantum inter se distant; illud enim *nosti sonat*, hoc *eras*, quod Epigrammatis sensus omnino postulat.

*Eis διογένην τὸν κυνικόν.* In Diogenem Cynicum. Tetrastichon incipiens: Γηράσκει καὶ χαλκός. Occurrit in *Anthologia*, *Lib. V. cap. 33.* *Antiphilo Byzantio* adscriptum. At Laer-

tius, apud quem etiam extat in *Diogene*, nullum Epigrammati Auctorem designat, præter ipsius *Diogenis* cives.

Αλλο διογένος λαερτίου. Aliud Diogenis Laertii (in *Diogenem* scilicet *Cynicum*). Distichon carmine anapæstico tetrametro, procelesmatio, cuius hæc prima verba: Διέγενες ἔχει, λέγε πε. Habes in *Anthologiae Append. pag. 27.* sub ejusdem *Laertii* nomine, qui hoc à se conscriptum in *Diogene Cynico* testatur.

Αλλο. Aliud (in eundem videlicet *Diogenem*). Hexastichon incipiens: Τὸν κύνα διογένην (in excusis διογένην). Occurrit in *Anthologia*, *Lib. III. cap. 33.* sed in Epigrammata duo distributum, nempe distichum præferens initium proximè allatum; et tetrastichum incipiens: Εἰπὲ κύνος τίνος, quorum nullus designatur Auctor; neque ulla fit apud *Laertium* mentio.

119. Αντιπάτερον εἰς τὸν αὐτόν. Antipatri in eundem. Octastichon, cuius hæc prima verba: Διογένες τόδε σῆμα. Hoc *ibidem*, *ead. Lib. et cap.* legas, at in duo partitum Epigrammata, quorum prius hexastichum est, incipitque: Διογένες, &c. ut supra; posteriorius distichum, habetque initium hujusmodi: Βάκτερον καὶ πήρην. Id *Antipatri* etiam esse libenter crediderim; neutrius tamen meminit *Laertius*.

Ως ἀπὸ διογένος. Tanquam ex Diogenis persona. Decastichon ab his incipiens verbis: Πάντα φέρω πορθμοῖ, quod *ibidem*, *ead. Lib. et cap.* occurrit in duo Epigrammata similiter distributum, nempe distichum his primis verbis: Πάντα φέρω, &c. ut supra, et octastichum his: Αἴδος ω κεκυψε. Utrumque in *Anthologia* videoas *Antipatro* subjectum; sed ejus esse minimè constat.

*Eis δημόκριτον.* In Democritum. Dodecastichon hoc initio: Ην ἔχει δημοκρίτοι, quod extat *ibid. eod. Lib. et cap.* in tria Tetrasticha partitum. Primum incipit: Ην ἔχει, &c. ut supra, caretque Auctoris nomine, nisi fortè *Speusippo*, cui subjicitur, adscribas. Alterum, *Diogeni Laertio* attributum, hæc habet prima verba: Καὶ τίς ἐφι σοφὸς; tertium denique incerti Auctoris, hæc: Εἰ καὶ ἀμειδήπων.

Eod. averso. Αντιπάτερον σιδωνίου εἰς ζήνων τὸν κυτίεα. Antipatri Sidonii in Zenonem Cittieum (sive *Citium*). Tetrastichon, quod ita incipit: Τίνος ὁδε ζήνων. Extat in *Antholog. Append. pag. 23.* ex *Laertii Zenone Citio* desumptum.

Αλλο ζηνοδότου των οὐρανῶν. Aliud Zenodoti Stoici (in eundem scilicet *Zenonem*). Hexastichon tale præferens initium: Εκποσας αυτάρειοι, quod *ibid. pag. 25.* invenias, ex eodem nimis Laertii Zenone de promulgatum.

Αθηναίου τοῦ ἐπιγραμματοποιοῦ περὶ πάγων τῶν οὐρανῶν. Athenæi Epigrammatarii de omnibus Stoicis. Hexastichon his primis verbis: Ω οὐρανῶν μύθων. Occurrit ἄδηλον in *Antholog. Lib. I. cap. 8.* licet eidem *Athenæo Epigrammatario* apud Laertium tūm in *Anthisthene*, tūm in *Zenone Cittio* quām disertissimè adscribatur.

Eis κλεάνθην. In Cleanthem. Tetrastichon iambicum, hoc initio: Αἰών κλεάνθην, quod in *Antholog. Append. pag. 28.* sub *Diogenis Laertii* nomine legas; cujusque se ipse Laertius in *Cleanthe* prodit Auctorem.

Διογένεος εἰς χρύσια πόνημα. Diogenis in Chrysippum. Tristichon, cuius omnes versus, quoniam aliquantulum verbis, multūm vero pedum et numero, et ratione ab excusis abhorrent, hīc subjicere operæ pretium existimavi.

Ηλιγγίασε βάνχοι σύπιὰν χαρδὸν κρύσια πόνημα. Οὐδὲν ἐφείσατο. οὐ τῆς γοᾶς. οὐδὲν τῆς πάτησης. Οὐ τῆς ψυχῆς. ἀλλ' ἡλθε δῶμα εἰς ἀΐδεων.

Hi desiderantur quidem in *Anthologia*; sed apud Laertium extant in *Chrysippo*, ubi longè aliter se habent. Quamobrem de his consule *Menagii Notas* ad ejusdem Laertii *Lib. VII. Segm. 184.*

Διογένεος εἰς ἐπικουρεῖν. Diogenis (nempe *Laertii*) in Epicurum. Tetrastichon incipiens: Χαίρετε, καὶ μέμνοθε, quod tūm in *Anthologia Append. pag. 28.* legere est inter *Diogenis Laertii Epigrammata*, tūm apud ipsum Laertium, qui ejus se scriptorem in *Epicuro* appellat.

120. Πλάτωνος. Platonis (sive *Pános loquenter*). Epigramma, cuius initium: Υψηλομον παρὰ τάγδε. Occurrit in *Anthologia*, *Lib. I. cap. 20.* ubi tetrastichum est, quum hīc sit, ultimo versu deficiente, tristichum.

Eis πνευματικὸν πλησιόντων περσικῶν μηλῶν. In quemdam malorum Persicorum satietate extinctum. Distichon incipiens: Εκ φονίων περσῶν, quod *ibid. eod. Lib. et cap. 20.* ac pariter atque hic *Platoni* subjectum invenias.

Eis τὸν φαδῶνα διάλογον πλάτωνος νοθευόμενον τὸν παγακτίου. In *Phædonem*, Plato-

nis *Dialogum*, à Panætio adulteratum. Tetrastichon hæc prima præferens verba: Εἴ με πλάτων οὐ γένεται. Occurrit *ibid. Lib. I. cap. 44.* ubi *Dialogus* ipse tanquam Persona inducitur loquens.

Eis τὸν ἐρετριανὸν. In Eretria. Hexastichon, quod *ibid. Lib. III. cap. 5.* legitur; at partitum, in Tetrastichon scilicet incipiens: Οἴ δέ ποτ' ἀγαῖοι, *Platoni* attributum; atque in Distichon ἄδηλον, hoc initio: Εὐλογίος γενός εὔρεται. Prius abest à *Laertio*; posterius apud ipsum extat, *Platoni* à quibusdam adscriptum.

Tetrastichon inscriptionis expers, tale præferens initium: Αστέρες εὐστάθει. Id *ibid. Lib. III. cap. 6.* invenias ita inscriptum: Πλάτωνος εἰς πνευματικὸν ἀστέρα. Platonis in quemdam vocatum *Astera* (sive *Stellam*). Quod etiam, tanquam *Platonis*, affert Laertius in ejus *Vita*, et Apuleius in *Apologia I.* sed uterque in bina Disticha distributum.

In his autem duobus venustissimis *Platonis Epigrammatibus* Latino carmine exprimendis etsi veteres nonnulli Scriptores, puta *Apuleius* et *Ausonius*, ac recentiores multi celeberrimi certatim elaborarint; tamen tot nobilium Interpretum Choro immiscere me nullus dubitavi, ac talibus utcumque modis concinere:

Αστέρες εὐστάθεις ἀστήρες ἐμός. εἴθε γενοί μην  
Οὐερός, ὃς πολλοῖς ὅμμασιν εἰς τε βλέπω.

*Aster astra videt. O si cælum esse liceret,  
Te possem ut multis cernere luminibus!*

Αστήρις τῷν μὲν ἔλαμπτες ἐνὶ ζωοῖσιν ἐῶσι.  
Νῦν δὲ θανάτῳ λάμπτεις ἐστερεός οὐ φθιμένος.

*In superis, Aster, qui Phosphorus ante micabas,  
Vesper apud manes post tua fata micas.*

Tetrastichon titulo defectum, *Platonis* scilicet in *Alexin*, incipiens: Νῦν ὅτε μηδὲν ἀλεξίς. Extat *ibid. Lib. III. cap. 33.* sub *Platonis* nomine, necnon apud Laertium qui ejus pariter esse in ipsius *Vita* testatur.

Distichon titulo similiter destitutum, *Gorgiae* nimis *Cynici Epitaphium*, hec initio: Εὐτάδε γοργίου κυνικοῦ, quod *ibid. eod. Lib. et cap. 33.* legitur ἄδηλον; licet hīc aliis *Platonis Epigrammatibus* subjiciatur.

Tetrastichon expers inscriptionis, cuius hæc prima verba: Εἴπας ἡλιε χάρη. Hoc *ibidem, eod. Lib. et cap. 33.* occurrit *Callimacho* adscriptum, atque inter ejus *Epigrammata* recensetur *Num. XXIV.* Id autem ille in

*Ambrociotam Cleombrotum* scripsit, teste Cicero *Tuscul. Quæst. Lib. I. cap. 34.*

Eod. averso. Tetrastichon, omissis titulo, sic incipiens: Αρχαιάναστα ἔχω, *Platonis* videlicet in *Archæanassam Colophoniam* meretricem, amicam suam, Epigramma, quod in *Anthologia* desideratur; sed est apud Laertium in *Platone*, tunc apud Athenæum *Dipnosophist Lib. XIII. cap. 6.* licet aliquatenus à *Laertiano* diversum, quicum Exemplaris hujus Mstum planè consentit.

*Eis δίαιτα.* In Dionem. Hexastichon hoc initio præditum: Δάκρυα μὲν εὐλέη. Id legas in *Anthologia*, *Lib. III. cap. 33.* sub *Platonis* nomine, sic inscriptum: Πλάτωνος ἐς δίαιτα τὸν Συρακούσιον. Platonis in Dionem Syracusium. Idem quoque apud Laertium in *Platone* reperias.

*Eis ἀγάθαρα.* In Agathonem. Distichon incipiens: Τὴν ψυχὴν ἀγάθαρα φιλῶ. Occurrit in *Anthol. Append. pag. 24.* eidem *Platoni* adscriptum, atque etiam apud Laertium in *Platone*, necnon apud Gellium *Noct. Attic. Lib. XIX. cap. 11.* qui hos versiculos ab illo Philosopho admodum juventine lusos, multorum doctorum hominum memoriā, ut lepidissimos ac venustissimæ brevitatis, celebratos fuisse testatur.

Hexastichon titulo carens, cuius hoc initium est: Τῷ μήλῳ βάλλω σε. In *Anthologia* quidem invenias *Lib. VII. sub finem*, sed Auctoris nomine, sed lemmate, sed toto Disticho in fine defectum; quippe tetrastichum duntaxat legitur. Teste tamen Laertio, apud quem in *Platone* occurrit, est hujus in supra memoratum *Agathonem* Epigramma, idemque hexastichum.

*Eis σάτυρον.* In Satyrum. Distichon incipiens: Τὸν σάτυρον διόδωρος, quod *ibidem* extat *Lib. IV. cap. 13.* *Platoni* adscriptum.

*Μουνίου,* οἰδὲ πλάτωνος. Municipii, secundum alios, Platonis (*Veneris* scilicet ad *Munias Allocutio*). Tetrastichon, cuius initium: Α κύωρις μούσαι. Hoc ipso titulo prædictum legitur *ibid. Lib. I. cap. 7.* Occurrit etiam apud Laertium in *Platone*, ipsi tantummodo attributum.

Distichon expers tituli: hoc initio: Κρύσσον ἀνὴρ εὐρὺν, quod *ibid. Lib. I. cap. 84.* invenias *Statyllo Flacco* adscriptum; apud Laertium autem *Platoni*. Alterum ejusdem argumenti, sed excitatius venustiusque in *Anthologia*, *eod. Lib. et cap.* huic proximè antepositum legere est *Ἄδηλον*, Distichon videlicet *Fovis et Amoris Dialogum* com-

pleteens, quod ab his verbis incipit: Ο ζεὺς  
ὢρὸς τὸν ἔρωτα; extatque *ibidem*, *eod. Lib. cap. 7.* pariter ἄδηλον. Hoc imprimis ingeniōsum venustumque Epigramma, licet à multis Latino carmine jam donatum, libuit expressius in hunc modum vertere:

O Ζεὺς ὢρὸς τὸν ἔρωτα, βέλη τὰ σὰ πάντα  
ἀφελοῦμεν.

Xώ πάντας, βέρούτα, καὶ πάλι κύκνος ἔση.

*Omnia tela, Tonans, adimam tibi, dixit Amori.*

*Huic Amor: ipse tona, bis mihi Cycnus eris.*

Ut verò è Græcia in Latium demigravi, sic è Latio in Hispaniam sensim deflectenti occurrit hic vernaculæ interpretationis lusus:

*Tus flechas te quitare,  
Dixo el Tonante al Amor;  
Y él respondió: por mas que  
Rayos libre tu rigor,  
Otra vez Cisne te bare.*

*Eis χρόνον πλάτωνος.* Platonis in Tempus. Distichon ita incipiens: Αἰών πάντα φέρει. *Ibidem, Lib. I. cap. 90.*

*121. Eis αὐτάρνεια παρμεγίανος μακεδόνος.* Parmenionis Macedonis in Moderationem, seu Temperantiam. Tetrastichon his primis verbis: Αρκεῖ μοι χλαιμός. *Ibidem, eod. Lib. cap. 12.*

*Αλφειοῦ μιτυληνίου.* Alphei Mitylenæi (in eandem). Tetrastichon versibus phaleucis, hoc initio: Οὐ τέργω βαθυληνίος. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

*Λουκιανοῦ.* Luciani (in eandem). Tetrastichon incipiens: Ως τεθηξόμενος. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

*Παλλαδᾶ.* Palladæ (in eandem). Distichon incipiens: Βέλτερόν ἐστι τύχης. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

*Κράτητος τοῦ φιλοσόφου.* Cratetis Philosophi (in eandem). Tristichon, cuius hæc prima verba: Χαῖρε θεε δέσποτε. Id Epigramma posteriori pentametro deficiens, extat *ibid. eod. Lib. et cap.* ubi etiam claudicat.

Monostichon iambicum sine Auctoris nomine et lemmate, in eandem, hoc initio: Ζῆστη λογοτύπη, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* invenias similiter ἄδηλον.

Distichon, omissis titulo, in eandem, incipiens: Σώματα πολλὰ τείφεν, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* ἄδηλον etiam occurrit.

*Eis τὴν ἀνθράπινον βίον ἀρχίον.* Archiae in Vitam humanam. Hexastichon incipiens: Ορφίνης ἀγείτω. *Ibid. eod. Lib. cap. 13.*

*Δου-*

**Λουκιανοῦ.** Luciani. Distichon in eandem, his primis verbis: Θυτὰ τὰ τῶν θυτῶν. Ibid. eod. Lib. et cap.

Adscriptā margini Constantini Lascaris manu hac annotatiunculā: Παλλαδᾶ πάντα, id est Palladæ omnia, sequitur Distichon in eandem *Vitam humanam*, incipiens: Γῆς ἐπελέγη γυμνὸς, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* occurrit, *Palladæ* pariter adscriptum.

Distichon aliud inscriptionis expers, adscriptā tantum margini alterā ejusdem *Lascaris Notā*: Εύρησες ἔμφροσθεν, id est *Invenies supra*, quod incipit: Πλοῦς σφαλερὸς. Extat *ibid. eod. Lib. et cap.* *Palladæ* attributum; sed pro Disticho legitur ibi Hexastichon.

Eodem averso. Σπευσίστην εἰς πλάνην. Speusippi in Platonem. Distichon hoc initio: Σώμα μὲν ἐν κόλποις, quod *ibid. Lib. III. cap. 33.* invenias.

**Διονύσος φιλοσόφου εἰς τὸ μωμόειον.** Leonis Philosophi in diei unius Spectaculum. Pentastichon hexametrum incipiens: Τοξότα περίδων. *Ibid.* occurrit *Lib. I. cap. 1.*

**Ἄδηλον.** Incerti Auctoris. Monostichon hexametrum, tale præferens initium: Οὐδεὶς ἀνθράπων. Occurrit *ibid. Lib. I. cap. 6.* etiam ἄδηλον, sed alteri subnexum hexametro, quod incipit: Τλῆθι λέων, ac nostro in Codice desideratur; utriusque autem argumentum *Scelerum Pœnæ*.

**Τίνας ἀνέποι λόγοις ἡγεταὶ ἀποθεωθέντος ἡγετέος.** Quæ verba Juno dixerit, relato inter Deos Hercule. Tristichon hexametrum incipiens: Τῆς (in editis Σῆς) ἀρετῆς ιδρόπι. Hoc *ibidem* invenias *eod. Lib. cap. 8.* Auctoris, quemadmodum hic, nomine destitutum.

**Εἰς τὸ αὐτό.** In idem. Distichon quoque hexametrum, hoc initio: Σοὶ χάρει ἐξετέλεοτε, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* omissio pariter Auctoris nomine, reperias.

**Τίνας ἀνέποι λόγοις ἐλένη μονομαχόντων μενελάου καὶ ἀλεξάνδρου.** Quæ verba Helena dixerit, Menelao et Alexandro (sive Paride) singulari certamine pugnantibus. Pentastichon hexametris versibus, cuius prima verba: Εὐφάντης ἀστῖς τε. Extat hoc *ibid. Lib. I. cap. 15.* Auctoris etiam, velut hic, omissio nomine.

**Πλάναρος εἰς ἄγαλμα ἀφεσθίτης τὸ (in editis τῆς) καὶ κνίδῳ Platonis in simulacrum Veneris Gnidium. Hexastichon incipiens: Η παφίν κιθερεῖα, quod *ibid. Lib. IV. cap. 12.* occurrit.**

Distichon inscriptionis expers, in idem scilicet *Veneris* simulacrum, cuius initium est: Α κύπειρις τὰν κύπειρι. Extat *ibidem, eod. Lib. et cap.* ἄδηλον.

**Τοῦ αὐτοῦ.** Ejusdem (nimirum *Platonis* in idem). Distichon incipiens: Οὐπε σε πραξίτελν. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

**Λουκιανοῦ.** Luciani. Distichon in idem, hoc initio: Τὴν παφίνν οὐδεῖς. *Ibidem, eod. Lib. et cap.*

**Τοῦ αὐτοῦ.** Ejusdem (in idem). Distichon alterum, cuius prima verba: Σοὶ μορφής ἀνεπικριτικής. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

**122. Εἰς τὸ βίον παλλαδᾶ.** Palladæ in *Vitam (humanam)*. Hexastichon incipiens: Πλοῦς σφαλερὸς τῷ ζητᾷ. Occurrit *ibidem, eod. Lib. I. et cap. 13.* Hujus autem Epigrammatis Distichon primum etiam supra legitur, nempe Codicis nostri fol. 121. eidem *Palladæ* attributum. At verò *Constantinus Lascaris Notam* il i adscripsit, quâ id Epigramma supra inveniendum admoneret, quum infra potius, hoc videlicet loco, ubi totum extat, inventum iri admonere debuisset.

Distichon expers tituli, de eadem Vita, hoc initio: Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος, quod *ibidem, eod. Lib. et cap.* eidem *Palladæ* inscriptum legas.

Distichon alterum, expers quoque tituli, de eadem, incipiens: Εἴ τὸ φίερι σε φέρει. Occurrit *ibid. eod. Lib. et cap.* *Palladæ* similiiter attributum.

Tetrastichon inscriptione defectum, de eadem, cuius hæc prima verba: Δακρυχέων γενόμην. *Ibid. eod. Lib. et cap.* sub *Palladæ* item nomine reperitur.

Distichon sine titulo, de eadem, incipiens: Ω γένος ἀνθρώπων, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* extat eidem *Palladæ* adscriptum.

**Ιουλιανοῦ.** Juliani. Octastichon de eadem, hoc initio: Ήδεις πάντα κιλεύθα. Id invenias *ibid. Lib. I. cap. 3.*

**Ἄδηλον.** Incerti Auctoris. Hexastichon de eadem, hoc præferens initium: Πῶς τις ἀνευθαύπτι, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* ἄδηλον quoque legitur.

**Ἄδεστον.** Sine Auctoris nomine. Distichon de eadem, his primis verbis: Πάντα γέλας καὶ πάντα κόνις. Occurrit *itid. eod. Lib. et cap.* ἄδηλον.

Tetrastichon titulo destitutum, hoc principio: Φευγτίδες οἱ πάντες, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* ἄδηλον etiam invenias.

**Eἰς γάμον, ἄδηλον.** In Matrimonium, in-

certo Auctore. Distichon , cuius initium: Εἰ τις ἄπαξ γίμνας. *Ibid. eod. Lib. cap. 15.* ἀδηλον quoque reperitur. Id verò ob elegantem non minùs , quām veram sententiam et Latino Disticho , et Tetrasticho Hispano visum est sic interpretari :

Εἰ τις ἄπαξ γίμνας πάλι δεύτερος λέκχεα διώκει,  
Ναυγύος πλάσαι δι's βυθὸν ἀργάλεον.

*Qui petit amissâ thalamos uxore secundos,*  
*Bis petit infestum naufragus ille mare.*

◆◆◆

*El que una vez fue casado,*  
*T otra se vuelve á casar,*  
*Ese vuelve á navegar*  
*Despues de haber naufragado.*

Distichon iambicis versibus , inscriptio-  
nis expers , de eodem , quod incipit : Οὐκ  
ἔστι γίμνας. Hoc *ibid. eod. Lib. et cap. 15.* quoque legas.

*Διονυσίου.* Dionysii. Monostichon hexa-  
metrum de eadem re, ab his incipiens ver-  
bis : Ωρὴν ἐρῶν ὡρὴν δὲ γαμῆν. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Hexastichon , omissio titulo , de eadem  
re , cuius hæc prima verba : Εὐδαιμων ἀφῶ-  
τον. Id legitur *ibid. eod. Lib. et cap. sed Automedonti adscriptum.*

Hexastichon aliud de eadem re , omis-  
so etiam titulo , incipiens : Αχεις ἀντὶς ἄγα-  
μος , quod *ibid. eod. Lib. et cap. 15.* occurrit.

*Εἰς ἄγαλμα σταύρου* ἐν κρήνῃ ἔστος καὶ εἰς  
ἔρωτα καθεύδον. πλάτωνος. Platonis in simu-  
lacrum Satyri stans in fonte , atque in  
Amorem dormientem. Enneastichon , quod  
*ibid. Lib. IV. cap. 12.* extat , sed in bina di-  
visum Epigrammata. Prius hexastichum in-  
cipit: Τὸν βρομίου σάτυρον ; posterius tristichum : Εἰμὶ μὲν εὐχεράσιο. Id autem , omis-  
so posteriori Pentametro , tristichum est:  
quem defectum ipse etiam *Lascaris* vocu-  
lā λείπει ad oram Codicis adscriptā signi-  
ficavit.

123. *Eis γῆρας καὶ γέροντας.* μενεχράπτις. Me-  
necratis in Senectutem et Senes. Distichon  
incipiens: Γῆρας ἐπάντα , quod *ibid. Lib. I. cap. 16.* invenias.

*Λουκιλλίου.* Lucillii. Distichon ejusdem  
argumenti , hoc initio : Εἰ τις γηράσας. *Ibid. eod. Lib. et cap.* Venustum hujus Epigram-  
matis acumen suasit cùm Latinam , tūm  
Hispanam interpretationem hisce versicu-  
lis edere :

Εἴ τις γηράσας ζῆν εὐχετεῖ, ἀγέιος ἐπι-  
Γηράσκει πολλῷ εἰς ἐπέαν δεκάδας.

*Qui, senio confectus, avet producere vitam,*  
*Vivat is annorum millia mille senex.*

◆◆◆

*A quien mas vivir desea,*  
*Sienao de edad avanzada,*  
*Désela Dios tan colmada,*  
*Que mas de mil años vea.*

*Βισαντίου.* Bisantini. Distichon ejusdem  
quoque argumenti , hoc præferens initium: Ωμοὶ ἐγὼν ἦλις. Extat *ibid. eod. Lib. et cap.*  
sed *Theognidi* adscriptum. De Bisantini au-  
tem nomine valde Fabricius dubitat Bi-  
blioth. Græca vol. III. pag. 713. At verò in  
hac ipsâ Anthologiâ , *Lib. I. cap. 42.* occur-  
rit Poetæ cognominis Epigramma Eis Kό-  
λαχος. Præterea hoc ipsum Distichon , vel  
*Theognidi* , vel *Bisantino* tribuitur in Notâ  
ad oram *Capitis CXV. Stobæi Sermonum*  
appositâ; ut Codicem taceam Lipsiensem  
in quo idem eidem *Bisantino* assignatur,  
ipso etiam teste *Fabricio*. Quid si exem-  
plaris nostri accedat auctoritas , nomen Bi-  
santīou dilucidè exhibentis ? Ad Distichon  
postremò quod attinet , ejus Pentameter  
Mstus , aliquantulum excuso dissimilis , ita  
legitur:

Τοῦ μὲν ἐπερχομένου τοῦ δ' ἀπογειομένου.

*Αδέασσον.* Sine Auctoris nomine. Tetra-  
stichon de eadem re, hoc initio præditum: Ην (in excusis Αν) αἰειλειφθῆ μικρὸν. Id *ibid. eod. Lib. et cap.* etiam ἀδέασσον reperias.

*Φίλωνος.* Philonis. Tetrastichon eadem  
de re , incipiens : Αἱ πολιάτι σὺν νῷ , *Ibidem, eod. Lib. et cap.*

*Παλλαδᾶ.* εἰς τὴν ἑαυτοῦ γυναικεῖον ἀνδρομί-  
χην. Palladæ in uxorem suam Andromachen.  
Tetrastichon , cuius prima verba : Μῆνι τὸν  
οὐλομένην. *Ibid. eod. Lib. cap. 17.*

*Τοῦ αὐτοῦ.* Ejusdem (in Grammaticam).  
Hexastichon hoc principio : Μῆνις ἀχιλλῆς.  
*Ibid. eod. Lib. et cap.*

*Τοῦ αὐτοῦ.* Ejusdem. Tetrastichon de ea-  
dem re , incipiens : Οργανα μουσάων. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

*Τοῦ αὐτοῦ.* Ejusdem. Tetrastichon alte-  
rum ejusdem argumenti , quod incipit: Αρ-  
χὴ χαρματικῆς. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Eod. averso. *Eis γυναικεῖον παλλαδᾶ.* Palla-  
dæ in Mulieres. Decastichon his primis ver-  
bis : Οργὴ τοῦ διὸς. *Ibid. eod. Lib. cap. 19.*

*Τοῦ αὐτοῦ.* Ejusdem (in easdem ). Hexa-  
sti-

stichon hoc initio: Πᾶσας ὄμησε. Ibidem, eod. Lib. et cap.

Τοῦ αὐτοῦ. Ejusdem (in easdem). Tetrastichon incipiens: Ο ζεὺς ἀντὶ πυρὸς. Ibid. eod. Lib. et cap.

Τοῦ αὐτοῦ. Ejusdem (in easdem). Octastichon hoc initio præditum: Αὐτάρινον κομπάζεις. Ibid. eod. Lib. et cap.

Tetrastichon expers tituli, nempe in easdem, hæc prima præferens verba: Επιταξεῖς ἄγχος τάφοιο. Hoc ipsum ibid. eod. Lib. et cap. invenias Macedoniou ὑπάτου, Macedonii Consulis, nomine inscriptum.

124. Eis ἀγαμέμνονα. In Agamemnonem (de Clytemnestra uxore conquerentem). Tristichon hexametrum hoc initio: Ελλάδος ἐνναετῆρες. Occurrit ibid. eod. Lib. et cap. Macedonio quidem subjectum; at hujusne re vera sit, merito dubites.

Ἄδηλον. ἔπαινος. Incerto Auctore, Laus (Neonianæ liberalitatis). Octastichon incipiens: Μουσάων ἐλικωνίδῶν. Id ibid. eod. Lib. cap. 26. legas etiam ἄδηλον.

Distichon, omissâ inscriptione, de bene scilicet semper loquendo, ita incipiens: Εθλὰ λέγειν, quod ibid. eod. Lib. et cap. extat, ἄδηλονque inscribitur.

Eis ἔρωτα. μελεάζου. Meleagri in Amorem. Tetrastichon hoc principio: Τειωτὴ μὲν χάρετες. Ibid. eod. Lib. et cap.

Eis ἀχαρίζου. λουκιανοῦ. Luciani adversus Ingratos. Distichon his primis verbis: Ωκεῖα χάρετες. Ibid. eod. Lib. cap. 30.

Distichon titulo defectum, in eosdem, incipiens: Φαῦλος ἀνὴρ πίθος. Invenias ibid. eod. Lib. et cap. Luciano adscriptum.

Eod. averso. Τίνεις ἀνεπι λόγοις κλυταιμήστρα μέλλοντας αὐτὴν ἀποφάξει (in excusis σφαξειν) ὄρέου. Quæ verba Clytemnestra dixerit, Oreste ipsam jam jam occisuro. Distichon versibus hexametris, hoc initium præferens: Πῇ ξιφος ιθύεις. Ibidem, eod. Lib. et cap. sine Auctoris etiam nomine legitur.

Αγαθίου χολαρικοῦ εἰς τὸν ἐν ιλίῳ γαδὺ ἀθηναῖς. Agathia Scholastici in Iliacum Mineræ templum. Hexastichon incipiens: Ιλίνοις πλιοῖχε. Extat ibid. eod. Lib. cap. 70. sed ἄδηλον; in Anthologia vero, interprete Eilardo Lubino, apud Commelinum excusa An. MDCIV. desideratur.

Eis ζων. In Vitam. Monostichon hexametrum, cuius hoc initium: Πολλὰ μεταξὺ πέλει. Ibid. Lib. I. cap. 34. ἄδηλον. Versus hic tanquam παρειμάδης adducitur à

Gellio Lib. XIII. cap. 16. cui respondet Latinum vetus Proverbium *Inter os et offam*.

Optimè autem consonat Græco Hispanum illud:

*Desde la copa hai peligro hasta la boca;*  
Latino vero id alterum:

*De manos á boca se pierde la sopa.*

Eis μήμην. μακεδονίου ὑπάτου. Macedonii Consulis in Memoriam. Distichon hoc initio: Μήμην καὶ λίθην. Ibid. Lib. I. cap. 51. Id Epigrammatis, quippe non inficetum, placuit obiter et Latinis et Hispanis versibus ita reddere:

Μήμην καὶ λίθην μήτη χαιρετον· οὐ μὲν ἐπ’ ἔργοις

Μήμην τοῖς ἀγαθοῖς, οὐ δὲ ἐπὶ λευκαλέοις.

*Mnemosyne multum, multumque, Oblivio, salve;*

*Rebus at illa bonis, rebus at ista malis.*



*Vivid en mi aprecio iguales,  
Y acompañadme perenes,  
Memoria, si acuerdas Bienes;  
Olbido, si ocultas Males.*

Eis μυτήειον. λουκιανοῦ. Luciani in Mysterium. Distichon hoc principio: Αρρήτων ἐπέων. Ibid. eod. Lib. cap. 51.

Tίνεις ἀνεπι λόγοις ὁδοστείς επιθέας Ιθάκης. Quæ verba dixerit Ulysses Ithacam ingrediens. Pentastichon hexametrum incipiens: Καὶ τὸν ιθάκην μετ’ ἀεθλα, quod ibid. eod. Lib. cap. 64. invenias Palladæ quidem subjectum; sed hujus esse haud omnino decernas.

Eis πλουτοῦντας. ἄδηλον. In Ditescentes, incerti Auctoris. Tetrastichon hæc prima præferens verba: Ηγένεσθαι πάλλα πέντε. Extat ibid. eod. Lib. cap. 66. pariter ἄδηλον.

Παλλαδα. Palladæ (in Aurum). Distichon his primis verbis: Χρυσὸν πάτερ κολάκων. Ibid. eod. Lib. et cap.

Elegantissimum hoc, idemque moribus instituendis aptissimum Distichon plures viri litteris nobiles altero Latino exprimere certatim conati sunt in *Anthologia* supra dicti Megiseri studio publicata. Sed quo pacto, quibus artibus id assecuti? *Collatum* videlicet, *Gnathonum*, *Parasitum* vocabula pro *Adulatorum*, vel *Assentatorum* vocabulis adhibendo, *Auri* vice *Chrysum* usurpando, ipsum denique *Aurum* in *Æs* penitus convertendo. Ad hæc enimvero extrema verborum cum rei Poeticæ angustiæ, tum carminis necessitas adducunt; hæc Dictiōnum monstra devorare cogis,

*Metri sacra fames—*

Id igitur pro certo atque explorato habendum, multa occurrere, in strictâ præser-tim oratione, quæ fidam interpretationem respuant, quæ vel iisdem verbis, vel totidem versibus in linguam aliam transferri minimè possint: cuius rei vel id Epigramma documentum adest luculentissimum. Hoc itaque non nisi Latino Tetrasticho ap-tè reddendum censuimus, nonnullis tamen ad sententiæ cultum ornatiorem adjunctis; melius quippe interpretationi quid adjicias, quam detrahas. Nostrum verò Tetrastichon Græco Disticho subjectum accipe:

*Χρυσὲ πάπερ κολάκων, ὁδύνης καὶ φροντίδος νήσι,  
Καὶ τὸ ἔχειν σε φόβος, καὶ μὴ ἔχειν σ' ὁδύνη.*

*Aurum, quem pariter colit Assentatio Patrem,  
Et Natum agnoscunt Cura Dolorque suum,  
Officis heu! presens mortalibus, officis absens:  
Est te habuisse timor, non habuisse dolor.*

Idem à nobis Hispânè et pressiùs et similiùs:

*Oro, hijo del Afan,  
Padre de la Adulacion,  
El tenerte es inquietud;  
El no tenerte, dolor.*

*Λουκιανοῦ.* Luciani (scilicet in Divites). Distichon incipiens: Πλοῦτος ὁ τῆς ψυχῆς. Occurrit *ibid. eod. Lib. et cap.* sed in Octastichon excrescens.

125. *Eis φιλίας ἄδηλον.* Incerti Auctoris in Amicitiam. Distichon hoc initio prædi-tum: Κιασῷ μὲν διόνυσος, quod *ibidem, eod. Lib. cap. 85.* ἄδηλον perinde reperias.

*Αδηλον.* Incerti Auctoris (in eandem). Distichon hoc principio: Θοσαιρὸς μέγας ἐστι, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* ἄδηλον quoque legitur.

*Τίνας ἀντὶ εἴποι λόγως φιλήμων δι' εὐεπίδην.* Quæ verba dixerit Philemon propter Euripi-dem. Tristichon iambicis versibus conditum, ita incipiens: Εἰ ταῖς ἀληθείαισιν. Extat *Ibid. eod. Lib. et cap.* ac supra in hoc ipso Codice, pag. 114. sine Auctoris etiam no-mine.

*Αδηλον.* Incerti Auctoris (in eandem). Tetrastichon id habens initium: Γνήσιος εὔμι φίλος. *Ibid. eod. Lib. et cap.* similiter ἄδηλον.

*Αδηλον.* Incerti Auctoris (in eandem). Distichon, cuius prima verba: Πρᾶγμα μὲν ἐσθ' ὁ φίλος. *Ibidem, eod. Lib. et cap.* etiam ἄδηλον.

*Γερμανικοῦ ἀνθεμία.* Germanici in

Themistoclem. Decastichon hoc initio: Αγτὶ τάφου λιτοῖο, quod *ibid. Lib. III. cap. 5.* invenias, sed in duo Epigrammata distribu-tum, alterum hexastichum ab his incipiens verbis: Αγτὶ τάφου, &c. ut supra; alterum verò tetrastichum ab his: Τοῦτο θεμιτοκλεῖ, utrumque eidem *Germanico* adscriptum.

*Αλφείου ἀντὶ τὸν αὐτόν.* Alphi in eundem Hexastichon his primis verbis: Οὐρέα μεν καὶ πόντον. *Ibid. eod. Lib. et cap.* addito *Mitylenai* patrio nomine.

Eod. averso. Διοδώρου ἀντὶ τὸν αὐτόν. Diodori in eundem Tetrastichon hoc princi-pio: Μή μέτει μάγνητι. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

*Eis ἥρωας ἀντὶ λαέρτην. ἀδείστον.* In Heroas. In Laertem, sine Auctoris nomine. Hexastichon hoc initium præferens: Ψήχει καὶ πέτεν, quod *ibid. eod. Lib. cap. 14.* ἀδείστον quoque reperias.

*Βιάνορος ἀντὶ ἐποκλέα καὶ πολυνείκην.* Biano-ris in Eteoclem et Polynicem. Hexastichon, cujus prima verba: Οἰδίποδος παιδῶν. Oc-currit *ibid. Lib. III. cap. 14.*

*Αντιφίλου ἀντὶ φρωτεσίλαον.* Antiphili in Protesilaum. Octastichon ejus Epitaphium complectens, quod incipit: Θεαταλὲ φρωτε-σίλας, *ibidemque eod. Lib. et cap.* reperitur.

Distichon nullâ prorsùs inscriptione, præterquam hac: Εν χερρονήσῳ. In Chersoneso. Continet elogium ejusdem Protesilai tumulo in Chersoneso inscriptum. Id au-tem Epigramma totâ mihi *Anthologiâ* fru-strâ quæsitus, nec dum in lucem prodiisse ratus, hoc loci perlubenter exhibeo.

*Τόνδρος ὄχθον μηνίκις ἀρετῆς χαρήν εὗτέλεσατ  
Ελλήνων πᾶθες φρωτεσιλάω φθιμένω.*

*Eis ἀχιλλέα.* In Achillem. Tetrastichon sepulcrale ejus inscriptionem continens, hoc initio: Τύμbos ἀχιλλῆος. Inest *ibidem, eod. Lib. et cap.* *Antiphilo* subjectum.

126. *Eis ἀχιλλέα καὶ πάτροκλον.* In Achil-lel et Patroclum. Distichon etiam sepul-crale, sic incipiens: Αὐδρε δύω φιλότητι, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* legitur eidem *Antiphilo* subnexus.

*Eis αἰαρτα ἀσκληπιάδων.* Asclepiadis In Ajacem. Tetrastichon elogium ejus funebre complectens, cujus hæc prima verba: Αδ' ἐγὼ δὲ τλάμων ἀρετὰ. Extat *ibidem, eod. Lib. et cap.*

Hujus Epigrammatis heroica majestas, sive magniloquentia afflavit animum igne poetico; jussitque in Latinos hosce nume-ros, Græcorum interpres, erumpere:

Αδ'

**A**d' ἐγώ ἀ τλάμων ἀρτὰ παρὰ τῷδε κάθημαι  
Αἴαντος τύμβῳ, κειραμένα πλοκάμους,  
Θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, οὐνέκ' Αχαιοῖς  
Α δολόφρων ἀπάτα κρέοσον ἔμου κέκριται.

*Illa ego ad Ajacis Virtus miseranda sepulcrum  
Heu jaceo, indignas dilaniata comes,  
Corda gravi mærore gemens, quod visus Achiviā  
Me fuerit melior, judice gente, Dolus.*

Αντιπάτρου εἰς τὸν ἀντόν. Antipatri in eundem. Hexastichon tali principio: Σῆμα παρ' ἀγάντειον. Extat *ibid. eod. Lib. et cap.*

Αρχίου εἰς τὸν ἀντόν. Archiae in eundem. Decastichon hoc initio: Μοῦνος ἐναρμένοις, quod *ibidem* occurrit *eod. Lib. et cap.*

Eis τὸν ἀντόν. In eundem. Tetrastichon his primis verbis: Σῆμα τόδ' ἀγάντος. Hoc *ibid. eod. Lib. et cap.* ἀδέσποτον invenias.

Eod. averso. Λεοντίου εἰς τὸν ἀντόν. Leontii in eundem. Tetrastichon, cuius hoc initium: Κεῖται ἐν τροίῃ. Inest *ibid. eod. Lib. et cap.*

Eis τὸν ἀντόν. In eundem. Distichon inciens: Εκπορφύραντι ξίφος. Hoc *ibid. eod. Lib. et cap.* Leontio subjectum legas; idemque à multis ob venustatem Latino carmine redditum, libuit bilingui Musâ pariter æmulari:

Εκπορφύραντι ξίφος ὥπασεν, Εκπορεὶ δὲ Αἴας  
Ζωτῆρ' ἀμφοτέρων ἡ χάρει εἰς \*θάνατος.

*Hector et Ajaci gladium, dedit Hectori et Ajax  
Cingula: letbiferum munus utrumque fuit.*

\*\*\*

Hector á Ayax dió la espada,  
Y este á aquel el cinto dió:  
Por ambos dones se vió  
La muerte de ambos causada.

\* Ita in Exemplari nostro Msto legitur perinde atque in Anthologiâ sæpius laudatâ, duabusque aliis, quas consuluimus, impressis. Obsopœus tamen,, demiratus ne,, minem adhuc animadvertisse pro εἰς θά-,, γατος, aut legendum esse εἰς θάνατον, „vel ἢν θάνατος,, alterutrum legendum esse contendit. Ratio verò, quam is adducit ex dispari *Ajacis* et *Hectoris* nece petitam, ut voculam εἰς è carmine penitus expungat, non rem confidere omnino videtur. Vulgatae enim lectioni favet Antithesis quam adhibuit Poeta, voici ἀμφοτέρων vocem εἰς non temerè opponens; unam siquidem mortem intellexit, ut pote quæ fuerit utrius Heroi communis, ex mutuis

videlicet donis derivata. Quod autem post Erasmus, hujus Epigrammatis in Proverbio Εχθρῶν ἀδωρεῖ δῶρε explanatorem, ait idem Obsopœus *Hectorem* occasione balthei *Ajacis* ab *Achille* interfectum, et eidem alligatum raptatumque, nihil horum apud Homerum invenio. Cæterum hujusmodi Lectionum varietas nihil, aut perparum officit germanæ Epigrammatis interpretationi.

Eis τὸν ἀντόν. In eundem. Octastichon tali principio: Πικρὴν ἀλλήλοις. *Ibidem, Lib. III. cap. 14.* eidem quoque *Leontio* subiectum.

Αντιπάτρου εἰς φρίαμον. Antipatri in Priamum. Distichon his primis verbis: Ηραος φρίαμου βάρος. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Αντιπάτρου εἰς ἔκπορφ. Antipatri in Hectorem. Tetrastichon, cuius initium: Εκτορ δυνητίοισιν ἀεί. Extat *ibidem, eod. Lib. et cap.* sed Acerato Grammatico adscriptum.

Hujus etiam Epigrammatis vim totidem Latinis versibus æquare contendimus.

Εκτορ Ομηρίοισιν ἀεί βεβολημένε βιβλοῖς,  
Θειοδόμου τείχεις ἔρκος ἐρυμνότερον.

Εγ σοι Μαιονίδης ἀνεπάνσατο, σοῦ δὲ θανόντος  
Εκτορ, ἐστιγνύθη χ' σελίς Ιλιάδος.

*Hector, Maoniâ multùm celebrate camenâ,  
Robore qui superas mœnia structa Diis,  
In te Maonide cessat labor; utque superbo  
Cæsus ab hoste jaces, Ilias ipsa silet.*

Eis τὸν ἀντόν. In eundem. Tetrastichon hæc prima præferens verba: Μή με τάφω σύγκυε. Id *ibid. eod. Lib. et cap.* ἀδέσποτον, ut nostro in Codice, invenias.

Eod. averso. Αρχίου εἰς τὸν ἀντόν. Archiae in eundem. Tetrastichon inciens: Καὶ γένεται τοῦ νέφεος. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Eis τὸν ἀντόν. Hexastichon hexametrum hoc initio: Εἴ πινα πώποτ' ἀκουστας. Occurrit *ibidem, eod. Lib. et cap.* eidem Archiae subjectum.

Eis τὸν ἀντόν. In eundem. Distichon sine Auctoris nomine, ejusdem *Hectoris* epitaphium complectens, quod in Anthologia minimè repertum, hoc loco in gratiam eruditorum apponimus.

Εκπορεὶ τόνδε τάφον φρίαμος μέγας ἐξετέλεσεν  
Οχθον ταῦτα γαῖν μνήμην \* ἐπειγομένοις.

\* Pro μνήμη legendum videtur μνῆμα, vel Οχθον pro Οχθον, ut expeditior fiat syntaxis.

Distichon alterum, omissio Auctoris nomine,

mine, ejusdem Hectoris tumulo inscriptum, præmisso hujusmodi lemmate:

Πολλοῖς δὲ ὑπερον θησαὶ λιμῷ χ' πολέμῳ τρυχόμενοι σὸν χρυσοῦ τὰ τούτου ὄφα μετεγκόντες εἴς ὄφρων (leg. ὄφρυν) παρὰ τὴν οἰδίποδίαν ἔθαψαν χρήνην ἐπιχράφατες τόδε. Hoc est: *Multis post (annis) Thebani et fame et bello afficti, ejus ossa ex Oraculi responso ab Ophrynio transferentes, juxta Oedipi fontem sepeliere, hoc inscripto (carmine).*

Carmen verò ita incipit: Εκτοι τόνδε μήτραν βοώποι, extatque in *Anthologiae Appendice*, pag. 8. omissa quoque Auctoris nomine, et præfixo lemmate longè breviori, nimis hoc: Επὶ Εκτορος κειμένου ἐν Θήβαις. Id est: *Inscriptum Hectoris tumulo Thēbis sepulti.*

Observandum autem in Codice nostro Msto legi ἐπιχράφατες in Epigrammatis hujus pentametro, pro quo in excuso *Anthologiae* exemplari legitur ἐπιχράφατες. Præterea hoc ipsum Epigramma, sive verba, sive sententiam spectes, proximè superiore non parum assimilatur.

Eis ἀλέξανδρον τὸν βασιλέα. In Alexandrum Regem. Tetrastichon sine Auctoris nomine, incipiens: Εκτοι μὲν τροῖν. Inest *ibid.* Lib. III. cap. 14. inscriptum Eis ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα, aliisque *Archiae* Epigrammatis subjunctum.

Παρμενίωνος εἰς τὸν ἀντόν. Parmenionis in eundem. Distichon, cuius prima verba: Φθιδας ἀλέξανδρον. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Γεμίου. Gemini. Hexastichon hoc initio: Χείρ με πολυκλείτον. Occurrit *ibid. eod. Lib. et cap.* inscriptum duntaxat Γεμίου, atque iterum *Lib. IV. cap. 7.* sed hac ampliore inscriptione: Γεμίου εἰς ἄγαλμα Σαλμόνεως. Id est: *Gemini in statuam Salmonei.*

Eod. averso. Επίχραμμα εἰς ἐρευθαλίαν τὸν νέροντα. Epigramma in Ereuthalionem à Nestore tumulatum. Tristichon hexametrum, quod in *Anthologia* ejusque *Appendice* desideratur, estque hujusmodi:

Ειθάδ' ἐρευθαλίων φίλον περὶ τύμβον ἔθηκεν  
Αρκαδίνος Καστηλία γένος ἔξοχον ἵπποδάμαντα,  
Ος ποτε νέροντα χ' λαοὺς πολέμῳ δαμάσατο.

Eis ἀχιλλέα. In Achilleum. Sesquiversus, ut videtur, hexameter, tanquam Distichon ita exaratus:

Μελίν δὲ μοῦνος Καστηλίας χ' κτάνε  
Καὶ σύλησε χ' κτεάειζεν ἀχιλλέας.

Non extat in *Anthologiae*; Poetae verò Tryphio-

dori esse constat infra in *Cod. LXXII. fol. 128. averso.*

Eis πάτροκλον. In Patroclum. Distichon sepulcrale incipiens: Πατρόκλου τάφος οὐτος. Extat in *Anthologiae Append. pag. 5.* hoc titulo: Επὶ Πατρόκλου κειμένου μετ' Αχιλλέως. Id est: *Inscriptum Patrocli sepulcro una cum Achille tumulati.*

Eis διομήδην ἐν νησῷ διομηδείᾳ ταφόντα. In Diomedem in Insula Diomedea sepultum. Distichon, cuius initium: Τὸν πάντων κράπτον. Idem legas in eadem *Appendice*, pag. 6. sed hac diversâ inscriptione: Επὶ Διομήδης κειμένου ἐν τῇ ὁμανυμητῇ νησῷ. Id est: *Inscriptum Diomedis tumulo in Insula cognomine sepulti.* Præterea Mstum Distichon ab impresso discrepat cùm toto priori versu, tūm posterioris extremo vocabulo. Quamobrem, ut pateat omnibus discriminem, ipsum hoc loci repræsentamus.

Τὸν πάντων κράπτον ἐπιχθονίων διομήδην  
Ηδ' ιερὰ κατέχει νῆσος ὁμανυμένη.

Eis Σθένελον χ' εὐρύαλον. In Sthenelum et Euryalum. Distichon his primis verbis: Αργεῖος οὐθένελος, quod in eadem *Appendice*, pag. 8. legere est, sed pleniori titulo: Επὶ Σθένελου χ' Εύρυαλου κειμένων ἐν Αργεί. Hoc est: *Inscriptum Stheneli et Euryali tumulo Argis sepultorum.*

Eis παλαμίδην τοῦ τζέτζου. Tzetzae in Palamedem. Distichon ejus elegium funebre complectens: quod cùm neque in *Anthologia*, neque ejus in *Appendice* inveniatur, hic subjicimus:

Κεῖμενος δὴ παλαμίδης ναυτλιάδης μεθύμη  
Αὐτὸν εὐεργυτοῖς λαῖνέν νιφάδι.

Eis Τληπόλεμον ἐν τροῖν. In Tlepolemum Trojæ tumulatum. Distichon in *Anthologia* ejusque *Appendice* minimè quoque inventum, quod ita se habet:

Τόνδ' οὐρακλείδην εὐνόρεψε τηλόθι πάτρης  
Τληπόλεμον κρύπτει χῶρος ὅδ' ἀγθεμόεις.

Kai τοῦτο ἐν ρόδῳ. Hoc etiam Rhodi (ejusdem Epitaphium extat). Distichon tali principio: Αδ' οὐρακλείδην ρόξηνορεψ. Id in eadem *Appendice*, pag. 6. reperias hac inscriptione præditum: Επὶ Τληπολέμου κειμένου ἐν Ρόδῳ. Hoc est: *Tlepolemi tumulo inscriptum Rhodi sepulti.*

Eis πάνδαρεψ. In Pandarum. Distichon ejus tumulo inscriptum, quod in *Anthologia*, ejusque *Appendice* pariter desideratur. Est autem in hunc modum:

Τηλε-

Τιλεόλου ρυτῆς λυχάονος ἀγλασὸν νῖὸν  
Ἐκ Σελείας κατέχει πάνδαιρη ἥδε κόνις.

*Eis μέγιτον.* In Megetem. Distichon hoc initio: Μνῆμα μέγιππ θῶ. Id in ejusdem *Anthologiae Appendix*, pag. 7. reperias hoc ampliori titulo insignitum: Επὶ Μ. γιτος ἀπολομένου εἰν θαλάσσῃ, ἔχοντος δὲ τάφον εἰν Δουλιχίῳ. Id est: *Epitaphium Megetis, qui mari quidem occidit, tumulum vero habet in Dulichio.*

Hujusmodi autem Epigramma ob elegantissimam brevitatem juvit Latino carmine ita exprimere.

Μνῆμα Μέγιππ θῶ μεγαθύμου φυλλέος νῖῷ  
Δουλίχιοι τεῦξαν σώμα δὲ πόντος ἔχει.

*Phylleos hunc Nato, celeri posuere Megeti Dulichii tumulum; sed mare corpus habet.*

*Eis ἐλεφήνοερ.* In Elephenorem. Distichon incipiens: Νίσου ἀπ' εὐζον. Occurrit in ejusdem *Appendice*, ead. pag. sed pleniori hac inscriptione: Επὶ Ελεφήνοερ κειμένου εἰν Τεσίν. Hoc est: *Inscriptum Elephenoris tumulo Trojae sepulti.*

*Eis θερσίτην.* In Thersitem. Distichon ejus Epitaphium continens, quod in *Anthologia* ejusque *Appendice* frustra quæras; sic autem se habet:

Γλωσάων ὅδε τύμβος ἐπεσθόλον αἴχος ἐρύκει,  
Θερσίτην κατέχειν εἶνεκ' ἐπεσθόλην.

*Eis ἀμφίμαχον καὶ διώρην.* In Amphimachum et Diorem. Distichon sepulcrale hoc initio: Αρχοντος ἀμφίμαχος. Extat in ejusdem *Anthologiae Appendix*, pag. 7. At Carminis ibi titulus: Επὶ Αμφιμάχου καὶ Διωρῆν; initium verò: Αρχὸς τ' Αμφιμάχος.

*Eis νηφα.* In Nireum. Distichon hæc prima præferens verba: Ενθάδε τὸν κάλλιστον. Hoc in eadem *Appendice*, pag. 6. reperias, sed expressius ita inscriptum: Επὶ Νιρέως κειμένου εἰν Τερα. Id est: *Inscriptum Nirei tumulo Trojae sepulti.*

128. *Eis θοαντα.* In Thoantem. Distichon tali principio: Τὸν ὑπερθύμου ἀνδριαίμενος (in editis Τίνην ὑπερθύμου Εὐαίμονος). Legas in eadem *Appendice*, pag. 7.

Subeunt deinde Epigrammata XVI. disticha ferè omnia, eademque sepulcralia, quæ cum in *Anthologia*, ejusque *Appendice* desiderentur, hic exhibenda duximus.

*Eis Αἰγείαν.* In Aeneam.

Αἰγείαν κύανοιδος καὶ ἀγχίσου φίλον νῖὸν  
Ενθάδε μοῖρα θεῶν ἡγαγεν εἰς ἀΐδην.

*Eis πυλαιμένη τὸν παφλαγόνον.* In Pylaem Paphlagonum.

Ερμῆ πᾶς τερεᾶς πέτρης τέκος, ἔννεπε πάσοι  
Παφλαγόνος μοῖραν τοῦδε πυλαιμένος.

*Eis Εὔφορον.* In Euphoribum.

Εξοχρον ἴνοφέν τε καὶ ἱπέοισιν ἀρείω  
Βουκολιδην φορῶ εὐφορον ἀχροκόμια.

*Eis πενθεσίλειαν.* In Penthesileam.

Στήσω σε απεύθυναν δορυαγέε πενθεσίλεια.  
Αἰπὺν ἐσαύρησα τύμβον ἀμαζονίδων.

*Eis μέμνονα.* In Memnonem. Distichon hexametrum, posteriori versu mancum.

Θήσην ὠγυγίνην ἐχατόμπιλον ἔνθα τε μέμνω  
Αυτέλλουσαν ἐν τασάζεται ή.

Distichon versibus hexametris, inscriptionis expers, in eundem *Memnonem*, cui nostra subjicitur interpretatio.

Ινδὸς ὄδος ἀγήρ τροΐη σύελον ἄρμα διάκων.  
Μέμνων πιθανοῦ τε καὶ ἡνὸς ἐνθάδε κεῖμεν.

*Indus homo, Syrios ad Pergama ducere currus Impiger, bīc jaceo, proles Tithonia, Memnon.*

*Eis πολυδάμαντα.* In Polydamantem. Monostichon hexametrum, hac præmissâ inscriptione: Εν συρίη βίλου περὶ ποταμοῦ περγαχῆς. Hoc est: *In Syria prope Beli fluminis ostia.* Id autem accipe altero Monosticho Latino à nobis redditum.

Τῇδε πολυδάμαντας κεῖμεν νεκρὸς εἰν πατρίδι.

*Hic cubo Polydamas, patriis extinctus in oris.*

*Eis κύκνον.* In Cycnum. Distichon, Latino etiam carinine à nobis expressum.

Θυμὸν δὲν κύκνου καὶ ὑπερφιάλας ἐπινοίας  
Αἴθηρ λαμπτὸς ἔχει· σώμα δὲ τύμβος ὄδε.

*Grandem animum Cyeni, Cycni sublimia sensa Clarus Olympus habet; corpus at iste lapis.*

*Eis Πάρειν.* In Paridem.

Ενθάδε πῦρ τὸ τράϊον ἐλλάδος ἄλγος ἀπάσοι,  
Ο περιάμοιο πάρειν φύγομεν ἀχρολόφοις.

*Eis σαρπηδόνα.* In Sarpedonem.

Κάρες καὶ λύκοι οἱ βασιλεῖς σαρπηδόνα δῖοι  
Ξάνθου εἰπὶ περγαχῆς ἀεγασού ἔμεστα.

*Eis*

Eis γλαῦκον. In Glaucum.

Οὐάδης κυπάρισσος ὄμοῦ καὶ λάδιος ὄχθος  
Εὐθάδε γλαῦκον ἔχει φθίμενον.

In hujus Epigrammatis pentametro inter  
ἔχει et φθίμενον unam, duasve dictiones sa-  
nè requiras Dactyli pedis mensuram im-  
plentes, quarum accessione versus omni-  
no constet. Has verò Exscriptoris celerita-  
te (siquidem tota hæc Epigrammatum Col-  
lectio est quām celerrimè descripta) præ-  
termissas putem. Cæterū Carminis in-  
tellectui nihil hujusmodi defectus officit.

Eis πεῖραν καὶ ἀκάμαντα. In Pironem et  
Acamantem.

Πελπόφορου Θρήκης ἀκάμας καὶ πεῖρας ἥρως  
Ἐδραν ναίοντες τὴνδ' ἐλαχεῖ φθίμενον.

Eis ρῆσον. In Rhesum.

Τπνω καὶ καμάτῳ δεδμημένον ἐνθάδε ρῆσον  
Τρῶες θάψαντο τευχρίδες ἀγιαλῶ.

Eis ἱέραι γυναικαὶ τηλέφου. In sanctam Te-  
lephi uxorem.

Μύσιον ἀμπεδίον καλῆς ἐφύπερθε κολάντης  
Δουεικλυτῆς ἱέραις τόνδε τάφον ξέν' ὄρας.

Eod. averso. Eis βάκχον. In Bacchum. Tri-  
stichon versibus hexametris constans.

Αἰγυπτίων ὅτεις ἐγώ μωσῶν δὲ φαράγκης.  
Βάκχος ἐνι ζωοῖσιν ἐνι φθίμενοίσιν ἀδωρεύς.  
Πιεργενῆς δίκερως πτανολέτης διόνυσος.

Eis ἀνόνα βάκχης. παύλου. Pauli in ima-  
ginem Bacchæ. Distichon incipiens: Ex-  
φρονα τὴν βάκχην. Extat in *Anthologia*, Lib.  
IV. cap. 3. sed Auctori addito Σιλενπαρίου  
cognomine, et urbe, ubi illa constituta est  
imago, nempe Βιζαντίᾳ, designatâ.

Eis τὸ αὐτό. In idem. Alterum Distichon  
hoc initio: Ιχετε τὴν βάκχην, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* invenias *Paulo* etiam *Silentia-*  
*rio* subnexum. Cum autem hæc duo in  
*Baccham* Epigrammata ad aliud similis ar-  
gumenti, quod superiùs pag. 93. Latino car-  
mine expressimus, et verborum alacritate  
et sententiarum impetu, Poetæ calamo  
quasi thyrum æmulante, proximè acce-  
dant; horum pariter metricæ interpreta-  
tionis studio incaluumus, quæ Græcis ar-  
chetypis subjuncta, sic habet:

Ἐκφρονα τὴν βάκχην οὐχὶ φύσις, ἀλλ' ἡ τέχνη  
Θήκατο, καὶ μανίκη ἐγκατέμειξε λίθῳ.

Non Natura, sed Ars insanam Mænada fecit;  
Inditus et saxo est, Arte jubente, furor.

Arte, no Naturaleza,  
A esa Bacante animó;  
Y aun el furor infundib  
En la Piedra su destreza.

Ιχετε τὴν βάκχην, μὴ λαΐνεν περ ἐοῦσα,  
Οὐδὲν ὑπερθεμένη, την τατεκτραφύη.

Sistite, pro foribus quamvis stet saxea, Baccham.  
Sistite, de templo ne petat illa fugam.

Aliter.

Sistite, pro templo quamvis stet saxea, Baccham.  
Sistite, precipitem ne petat illa fugam.

Detened á esa Bacante,  
Que aunque estatua la contemplo  
De piedra, puesta en el Templo;  
Recelo se buya no obstante.

Eis ἀνόνα νέρων. κελαγόρου. Crinagoræ  
in imaginem Neronis. Hexastichon hæc  
prima præferens verba: Αντολία, δύστες.  
*Ibid. eod. Lib. et cap.*

Eis ταφμεθέα, Ιουλιανοῦ. Juliani in Prome-  
theum. Tetrastichon tali principio: Τέχνης  
πυρὸν ὄπασα (in excusis ὄπασα). *Ibid. Lib.*  
*IV. cap. 8.*

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτόν. Ejusdem in eun-  
dem. Hexastichon hoc habens initium: Χαλ-  
κὸν μὲν καλέεσσεν. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Τάλλου εἰς τάυταλον. Galli in Tantulum.  
Hexastichon quod incipit: Οὐτος ὁ ωρὶ μα-  
κάρεσι. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

129. Eis ἄγαλμα ἡρεκλέοις νηπίου ἐπ' οὐ-  
τοῦ καὶ τᾶς χεροὶ Θλίψοντος δράκοντας δύο. In  
simulacrum Herculis infantis, et an-  
gues duos manibus elidentis. Hexastichon  
his primis verbis: Θλίψε δράκοντίου. *Ibid.*  
*eod. Lib. et cap.* eidem Gallo subjectum.

Eis τοὺς δώδεκα ἄθλους τοῦ ἡρεκλέοις. In  
duodecim Herculis Labores. Octastichon  
hoc initio: Δέρκε μαριόμοχθε. *Ibidem, eod.*  
*Lib. et cap.* eidem pariter subnexum.

Epigramma titulo destitutum, versibus  
hexametris XIV. constans, quorum prin-  
ceps ita exorditur: Πρῶτα μὲν ἐν νεφεν, in  
totidem scilicet Herculis Labores. Quo qui-  
dem arguento quid celeberrimo apud  
vulgarium Linguarum Poetas carmini, *Son-*  
*neto* videlicet, aptius, quid cognatus pos-  
sit inveniri? Extat *ibidem, eod. Lib. et cap.*  
ἄδηλον.

Φιλιππον. Philippi, in ejusdem nimiriū  
Herculis Labores XII. Hexastichon, cuius  
pri-

prima verba : Ωλεσσα τὸν νεμέας. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

*Eis* τὸν αὐτὸν φονεύσαντα τὸν σὺν νεμέᾳ λέοντα. In eundem occidentem Nemeum Leonem. Octastichon incipiens : Μηκέπι παιρογόρο. Legitur *ibidem*, *eod. Lib. et cap.* sub *Archiae* nomine.

*Eis* τὸν αὐτόν δαμαγήτου. Damageti in idem. Hexastichon hoc principio : Ex νεμέῃ ὁ λέων. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

*Eis* τὸν αὐτὸν καὶ τὸν ἔλαφον. In eundem, et in Cervum. Octastichon hoc præferens initium : Τί ωρῶτον τίδ' ἔπειτα φρεσι. Occurrit *ibid. eod. Lib. et cap.* eidem *Damageto* subnexum.

*Eis* τὸν αὐτὸν καὶ τὸν ἀντάριον. In eundem, et Antæum. Hexastichon tali principio : Χαλκὺν ἀποιμάζοντα. *Ibid. eod. Lib. et cap.* Eadem subjectum Auctori.

130. *Eis* τὸν αὐτὸν μεθύοντα. In eundem ebrium. Distichon incipiens : Οὔτος ὁ νῦν, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* eidem pariter Auctori subjunctum legas. Id verò à nobis est propter venustatem altero Disticho Latinè expressum.

Οὔτος ὁ νῦν ὑπὲν βεβαρημένος ἵδε κυπέλλῳ,  
Κενταύρος νήφων οἰοβαρεῖς ὄλεσεν.

Nunc somno vinoque gravis, qui perdidit olim  
Centauros vino, sobrius ipse, graves.

*Eis* τὸν αὐτόν. In idem. Octastichon hoc initio : Οὔτος ὁ πανδαμάτωρ. Id legere est *ibid. eod. Lib. et cap.* eidem *Damageto* subjectum; sed in bina Tetrasticha partitum, quorum prius à verbis proximè adductis incipit; posterius ab his : Κατηνὴ καὶ ρόπαλον, hac præmissâ inscriptione : *Eis* ἐτερον ἀγῶνα τοῦ αὐτοῦ. Id est : In aliud ejusdem Certamen.

*Eis* ἐτερον ἀγαλμα τοῦ αὐτοῦ. In aliud ejusdem simulacrum. Hexastichon, cuius hoc est initium : Οἰωθεόδαμας. *Ibid. eod. Lib. et cap.* eidem pariter subjectum.

*Eis* εὐκόνα τοῦ αὐτοῦ. In ejusdem imaginem. Hexastichon his primis verbis : Οἴον καὶ χροιδῆς. *Ibid. eod. Lib. et cap.* eidem quoque subjunctum.

*Eis* τὸ ἀγαλμα τοῦ αὐτοῦ. γημίνου. Gemini in ejusdem simulacrum. Hexastichon incipiens : Ηερχῆτες ποὺς σοι. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

Eod. averso. *Eis* τὸ αὐτόν. φιλίων. Philippi in idem. Hexastichon hoc initio : Ηρποῦτ' ἀρχα. *Ibid. eod. Lib. et cap.*

*Eis* ἀνδριάντα θησέως καὶ τοῦ μαρεθωνίου ταῦ-

ρον. In statuam Thesei, et tauri Marathoni. Octastichon hæc prima præferens verba : Θαῦμα τέχνης. *Ibidem, eod. Lib. et cap.* *Philippo* etiam subjectum.

Ἄδηλα. Incerti Auctoris. Dodecastichon in Herculem scilicet, cuius prima verba : Μὴ τὸν βουθοῖνν (in excusis Μὰ τὸν βουθοῖν). Hoc *ibid. eod. Lib. et cap.* occurrit, sed in Hexasticha duo tributum, quorum prius habet initium modò allatum; posterius hoc : Μὴ τείσας ὅπι τόξον. Utrumque ibi ἄδηλον tantummodo inscribitur.

*Eis* τὸν ὄδυσσα. In Ulyssem. Tetraastichon incipiens : Αἰὰ λαρπάδην. Hoc *Ibid. eod. Lib. et cap.* ἄδηλον etiam invenias.

131. Σόλωνος ἀθηναίου τοῦ νομοθέτου. Solonis Atheniensis Legislatoris. Carmen videlicet Elegiacum, XL. versibus constans, quorum primus :

Ημετέρες δὲ πόλις κατὰ μὲν διὸς οὐποτ' ὀλεῖται;  
Postremus verò :

Πάντα κατ' ἀνθρώποις ἄρπα καὶ πινετά.

Id Carmen neque in *Anthologia* ejusve *Appendice*, neque apud *Laertium* reperias. Extat verò in supra laudato *Poetarum Græcorum Corpore Lectiano*, Vol. I. pagg. 728. et 729. Excusa ibi Elegia plures quidem exhibet intermicantes asteriscos, versuum deficientium indices; at Msta nullas ejusmodi Notas, perinde ac si nihil deficiat; imò unum præbet Pentametrum, qui desideratur inter excusos, Hexametro, cuius prima verba Πραθεύτες δεσμοῖσι, subnectendum. Is autem talis est :

Παίκαρα δουλοσύνης ζυγὰ φέρουσι βία.

Τοῦ αὐτοῦ. Ejusdem. Hexastichon incipiens : Εἴνι δὴ τότε ἐγώ. Legitur apud Laertium in *Solone*, atque in laudato *Poetarum Græcorum Corpore*, Vol. I. pag. 729.

Distichon inscriptionis expers, ejusdem nimirum *Solonis*, quod incipit : Τῷ μανίν γε ἐμίν, pro quo in excusis legitur : Δεῖξει δὴ μανίν μετ' ἐμίν. Occurrit apud Laertium in *Solone*, tum in eodem *Poetarum Corpore*, *eod. Vol. et pag.*

Distichon, omissâ quoque inscriptione, ejusdem etiam *Solonis*, hoc initio : Εκ νεφέλης φέρεται. Desideratur quidem apud Laertium; sed extat in eodem *Poetarum Corpore*, *eod. Vol. et pag.*

132. *Eis* εὐκόνα πολεμαίου σὺ ἀνποχεῖα. In Ptolemaei imaginem, quæ Anthiochiæ visi-

P tur.

tur. Tetrastichon, cuius initium: Εἰκόνα τίς σ' ἀνέθηκε. Extat *ibid. Lib. IV. cap. 31.* ἀδέσποτον.

*Αρχείον.* Arabii (in *Longinum* nempe Rhetorem). Distichon incipiens: Εἰκόνα λογγιών. *Ibid. eod. Lib. et cap.* addito ad *Arabii* nomen *Scholastici* cognomento. Hoc etiam ob dictionis sententiaeque elegantiam libuit et Latinis, et Hispanicis Musis donare.

Εἰκόνα λογγιών χειρόπολις εἰκέναι ὅπασα  
Εἰ μὴ πότυ δίκη χειρὸν ἀπεγρέφετο.

*Longino statuam ex auro Republica donet,*  
*Aurea ni renuat dona verenda Themis.*

\*\*\*

*A Longino la Ciudad  
Estatua de oro erigiera,  
Si admitir oro pudiera  
Del Justo la integridad.*

*Θωμᾶ.* Thomæ. Tetrastichon in *Demosthenis*, *Aristidis* et *Thucydidis* imagines, hoc initio: Πυτελῆς φιλέω, quod *ibid. eod. Lib. et cap.* invenitur, ad *Thomam* accedente *Scholastici* cognomento.

Distichon absque inscriptione, in Calistum Rhetorem, incipiens: Εἰκόνα καλλίστου. *Ibid. eod. Lib. et cap. ἀδηλον.*

Distichon iambicum, prætermissâ inscriptione, in Rethoras nimis amarulentum, cuius initium: φύρμος με φύρμον. Occurrit *ibidem*, *eod. Lib. et cap.* pariter atque hic ἀδηλον.

Id Epigramma, non solum insolentis Convicci specimen, sed difficilioris etiam metricæ interpretationis exemplum, edere cupidus, in Latinos ita pedes coegi.

Φύρμος με φύρμον, πυρφόες τὸν πυρφόεν,  
Ο πάης ὁ ῥήτωρ, τὸν πατέρεν τὸν ῥήτορα.

*Fex generat faciem, sacroque Minister ab igne  
Igniferum; patrem Rhetora Rhetor habet.*

*Eis αὐθιάντα πιθαγόρευ.* Ioulianū. Juliani in statuam Pythagoræ. Hexastichon, cuius hæc prima verba: Οὐ τὸν ἀναπίσσοντα. Id legas *ibid. Lib. IV. cap. 33.* in Tetrasticha duo partitum, ita ut alterum à verbis proximè allatis incipiat; alterum ab his: Αὐτὸν πιθαγόρην. Utrumque ibi, perinde ac in Codice Msto, subjicitur *Juliano*; is vero *Julianus* in excusis ἀπὸ ταράχων (*Principis*) titulo nobilitatur.

*Eis εἰκόνα σωκράτος.* Iωάννου. Joannis in imaginem Socratis. Tetrastichon, quod *ibid.*

*eod. Lib. et cap.* in Disticha duo tribuitur, alterum hoc initio: Ως σοφὸς ὁ γέρας; alterum hoc: Ζωγράφε τὰν μορφὰν. Ambo in Exemplari tūm Msto, tūm impresso adscribuntur eidem *Joanni*, qui ποιῶν τὸν βαρβουκάλλου cognomentum in excusis obtinet.

Hunc Poetam Fabricius in *Catalogo Poetarum Epigrammatiorum, Biblioth. Græca Vol. III. pag. 716.* Hispanum fuisse ait, nullo tamen allegato rei auctore. Id autem affirmavit, inductus nimis verbis Græci Scholiastæ, qui in *Antholog. Lib. I. cap. 69.* ad nomen *Barbucalli* hæc annotavit: Εἰκόνη ἐπὶ ὄνομα. Βαρβουκάλη γὰρ πόλις εἰ τοῖς Ιηνεῖς ποταμῷ, πολυζίου καὶ Στεφάνου μαρτυρίντων, quæ Latine sonant: Gentile nomen est; *Barbucale enim urbs est ad oram Iberi fluminis, Polybio et Stephano testantibus.* Ex quibus verbis, cum duplex re verâ existat *Iberus* fluvius, alter *Iberia Asiatica*, alter *Europæa*, videlicet *Hispaniæ*; haud certò ac necessariò colligas Poetam hunc *Barbucalum*, ut Fabricius asserit, *Hispanum extitisse.* Cæterū de Urbe illa *Barbucale* nihil nobis compertum apud Scriptores sive antiquos, sive recentiores quos hujus rei gratiâ perlustravimus.

Eod. averso. Eis εἰκόνα πλάτωνος. In Platonis imaginem. Distichon his primis verbis: Τὸν νοῦν διδάσκων. *Ibid. eod. Lib. et cap.* eidem *Joanni* subnexum.

Eis εἰκόνα ἀειστέλος. In imaginem Aristotelis. Distichon hexametrum, hoc principio: Οὗτος ἀειστέλος μετέστω. *Ibidem, eod. Lib. et cap.* legere est, sed in duo Monosticha distributum, quorum prius præfert initium proximè adductum; posterius autem sic se habet:

Νοῦς καὶ Αειστέλος ψυχὴ, τύπος ἀμφοτέφαν εἴς.

Brevem hanc, adeoque subobscuram Inscriptionem etiam Monosticho sic interpretari sum annis:

*Mentis, Aristotelisque animæ una existit imago.*

Aliter.

*Mentis, Aristotelisque animæ communis imago est.*

*Oteus* verò noster, supra laudatus, ita vertendum censuit:

*Mentis, Aristotelisque animæ typus unus utrique.*

Eis εἰκόνα πλαυτάρχη. ἀγαθίου. Agathia in imaginem Plutarchi. Hexastichon prima præferens verba: Σειο πολυκλείετα, quod *ibid.*